
VERIDICA TERRE SANCTE: Regionumque finitimarum: ac in eis mirabilium Descriptio. Nusque antehac impressa.



Ioan: R . K . Lectori.S.P.D.

Accipe Borchardi patris: studiose libellum
Lector: quem sacre Palladis ardor habet.
Terre spectari paruis amplissima chartis
Regna dedit Sácte: quo pede carpsit iter
Funiculo senis longo bis Iosue ductor
Distribuit turmis regna labore suo.
Transcurri pedibus lassis multoque meatu
Nó opus est: eadé nũc manus arcta tenet.
Que redimes facili númo quecunque iuuétus
Grandia possideas predia iure tuo.

Sacris Theologis ac diuine legis concionatoribus: frater Chrisostomus ordi. predic. alumnus ac Theologorum minimus. S.

Humanus intellectus: cum extremum gradum inter intellectualia sortitus fuerit: et ideo potentialis rectissime nuncupetur: nequit sibi ipsi derelictus: difficiles prorsus venande et abscondite veritatis semitas percurrere: ne dum innato sed exili nempe suo lumini innititur: in varios preceps trahatur errores. Quam ob causam: qui recte sentiunt ac iudiciant: cum sibi proposuerint studium aliquod: cui insistere totis viribus decernunt ducem eligunt quem sequentes suadent sibi nec immerito recto calle: ad exoptatum finem posse pertingere: Sic peripatetici Aristotelem: Academici Platonem Geometre Euclidem etc. Magni Theologi sacros codices elegere: in quibus deo auctore reuelante de vltra mundanis et diuinis rebus ac naturis: vera et indubia cognitio continetur: Sicut. n. a primo luminoso purissima lux sic a primo vero sincerissima veritas. Quod si qui philosophorum doctrinas commentati fuerint vt studiosis animis in futuro tempore prodesse possint tantis extolluntur laudibus: illis quas possumus: agimus: gratias certe in diuinorum canonum dilucidatione desudantes ampliori honore digni sunt: Hinc toto euo celeberrimi effulserunt Damascenus Crisostomus tres Gregorij: greci duo et Romanus moralis: taceo Jeronimum Basilium Augustinum qui sua doctrina: veluti sidera clarissima splendent Nuper ad manus nostras deuenit liber patris Borchardi

chardi Almani: ordi. Predi. eruditissimi in sacris litteris ac defessi indagatoris: proprijs etiam pedibus omnium locorũ: qui a sacra Genesi: vsq3 ad Joánis Apocalipsim in antiqua ꝛ noua lege celebriores habétur Describit fidel issime iuxta duodecim ventorum dispositionem: ꝛ quantum distet locus a loco: Almanico more leucas assignás vt studiosis lect. auferré a me oém dubitandi causam: quinq3 mensibus laboraui: nó parcens vigilijs aut estiuis caloribus: hoc in tempore: diuinos libros ꝛ actissime volui iterumq3 volui historiales precipue: ꝛ cóperi qua fide ꝛ grauitate processerit: hic nil leue aut imaginatione confictum describitur: Quod in suo nempe sensatissimo Prohemio despódit: penitus seruauit Uerum quia: vt credo illius sui temporis cósuetudine scripture sacra loca ꝛ dicta non rettulit: ideo vt vobis innotescat huius descriptionis fides ꝛ utilitas precipue in indagandis diuinarũ historiarum libris: loca ꝛ capita ꝛ dicta formaliter inserui Disposui insuper vniuersale inuentorium: Alpbabetico ordine in quo absq3 omni errore eadem allegata conspici possunt Stilũ huius Reuerendi patris simplici congruitate currenté: seruato quidem omnimode suo sensu: paululũ eleuare cóstitui: ne ex simplicitate sua: lectio apud huius secula sapientes uilis héat: Ualete.

Summa breuis: opusculi partitionem complectens

§.14.de

Finit Index Summarius Operis.

¶ Fidissimum et vniuersale repertorium: super librum Reuerendi ac deuotissimi patris: in sacro eloquio eruditissimi. Borcardi almani ordinis Predicatorum: qui inscribitur: descriptio Terre Sancte eidemque adiacentium regionum.

Abel: occisus fuit a Caym in agro: vnde dicitur Genesis quarto. Cum essent in agro: consurrexit Caym in Abel fratrem suum et occidit eum: vbi sit hic locus: vide in prima parte. c. 7. §. 66. ibi de fossa ista contra austrum.

Abel meule: olim Belma: locus per quem ascendit Holophernes cum exercitu: contra Bethuliam: vt habetur in libro Judith capi. 7. ubi sic dicitur: omnes parauerunt se ad pugnam et venerunt per crepidinem montis ad apicem qui respicit super Dothaym: a loco qui dicitur Belma: usque ad Chelmon: vide prima parte. c. 6. §. 3.

Acharon: vrbs philistijm: ad quam deducta fuit archa domini a philisteis: vt dicitur primi regum. 5. cap. vbi sic legitur Miserunt ergo archam domini in Acharon. vide prima parte. c. 9. §. 8.

Acheldemach ager emptus triginta argenteis. s. precio venditionis Jesu Christi de quo sic dicitur in Matheo cap. 27. Emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum: et propter hoc vocatus est: ager acheldemach: idest ager sanguinis. vide prima parte. c. 7. §. 43. R.

Achon: ciuitas munitissima: que prius Ptholemaida dicebatur: de qua sic habetur in primo macha: cap. x. et anno centesimo sexagesimo ascen-

dit Alexāder: Anthiochi filius: q cognominatus est Nobilis: ꝛ occupauit Ptholemaidā ꝛ regnauit illic.1.p.c.2.§.2.

Adam ꝛ Eua in quo loco planxerunt Abel filium interfectum a Caym: vbi adhuc extant lecti eorum: ꝛ fons mirabilis: vide prima parte.c.7.§.66.

Adam ꝛ Eua creduntur plasmati in agro Damasceno: vide ibidem.

Adomin castrum: vbi sicut legimus Lu.10.homo quidam descendens ab Jerusalem in Jericho: incidit in latrones: ꝛ nunc etiam est locus periculosus vide in prima p.c.7.§.40.

Ager Damascenus in quo Adam fuit formatus: cuius terra est rubea: flexibilis sicut cera: preciosa nimis: quam saraceni deferunt ad Egyptum ꝛ Jndiam venduntq; vt aromata: ꝛ eius admirabiles virtutes: auctor narrat. De loco hoc: videtur illud dictum Ezechielis.27.capitulo: Damascenus negotiator tuus: in multitudine operum tuorum: vide in.1.p.c.7.§.66.

Affech ciuitas: vbi Benadab rex Sirie pugnauit contra Achab: ꝛ fractus fuit: ꝛ siri qui remanserant fugierunt in Affech: vnde sic legitur in libro tertio regum capitulo.20. Recensuit Benadab sirios: ꝛ ascendit in affech: vt pugnaret contra Jsrael: vide.1.p.c.7.§.4.

Amalech regio: quam iussit dominus Sauli delere ꝛ nulli parcere: nec aliquid seruare: vnde sic legitur in libro primo regum capitu.15. Nūc ergo vade ꝛ percute Amalech: ꝛ demo-

lire vniuersa

lire vniuersa eius: non parcas ei: et non concupiscas ex rebus eius aliquid: vide prima parte.c.7.§.61.

Anathot viculus sacerdotum: vbi ortus est Jeremias Propheta: vnde sic legimus in argumento in Jeremiam: Jeremias Anathotites: qui est viculus: tribus a Jerosolimis distans miliaribus: vide prima par.c.7.§.39.

Andromada filij Cephei: de qua fabulantur poete i quo loco fuit liberata a Perseo vide.

Achille collis: vbi latitauit Dauid: fugiens Saul: vnde sic legimus in libro primo regum capitulo.26. Et venerunt Ziphei ad Saul in Gabaa: dicentes ecce Dauid absconditus est in colle Achille que est ex aduerso solitudinis: vide prima parte.c.7.§.53.

Antipatrida: que ab Antipatre patre Herodis magni: denominata ē: antea Munitio Assur dicta: de qua habetur in actibus Apostolorum capitulo.23. vbi sic dicitur Milites assumentes Paulum duxerunt per noctem in Antipatridam: vide prima parte.c.3.§.4.

Antilibanus mons: vbi est et quomodo disponitur: vide prima parte.c.2.§.8.

Arabia in tres partes diuiditur: prime partis Metropolis est Bosron: que olim Bersa: nunc autem Bussereth dicitur: in hac parte habitauit Abraam: postquam egressus est de hur Caldeorum: vnde legitur in libro Genesis cap.21.q. Abraā plantauit nemus in Bersabee et fuit colonus Palestinorum multis diebus: secūde partis Metropolis est petra ciui-

tas olim Nabath dicta: ⁊ hec fuit terra Amon ⁊ includebat regnū regis Basan: tertie Metropolis est Karach: olim petra deserti. Hec continet terram Moab: ⁊ totam ydumeam ⁊ montem seir: ⁊ superiorem regionem usq; ad mare rubrum: ⁊ hanc peragrarūt filij Israel: egressi de Egypto postq̄ transierunt mare rubrū: ⁊ hác habitauerūt filij Esau: ⁊ filij Loth: ⁊ precepit deus filijs Israel: ne pugnarent in ea: quoniam nec quātum est vestigium pedis: daret eis possidendum: ⁊ id totum legimus ī libro Deutero. cap. scdo per totū: Hec est Arabia que a cosmographis: Arabia petrea nuncupatur: Et aduerte q̄ terra promissionis nō continetur in hac tertia parte: sed in secunda: Illic enim erat regnum Seon regis Esebō: quod primo fuit captū a filijs Israel: vt legimus in libro Deuterono. capi. scdo vbi dicit: Dixitq; dominus ad me ecce cepi tibi tradere terram Seon. incipe possidere eam: Itē cōtinetur in tertia: que incipit a fluuio Iordane transito usq; ad mare magnum: quod nos dicimus mediterraneum: ⁊ de hoc legimus in libro Iosue cap. quinto vbi sic dicitur postq̄ ergo audierunt omnes reges Amorreoꝝ ⁊ cuncti reges Canaam: qui ꝓpinqua possidebant: magni maris loca ⁊c. ⁊ in hac pte est Iericho ⁊ Ierusalem ⁊ totum regnum Iuda. pⁱma parte. c. i. D.

Arachas castrum: quod construxit Aracheus filius Canaam vbi sit vide pⁱma pte. c. 2. 5. 15.

Aradium ciuitas; quam cōdidit Aradius q fuit

filius

filius Canaā vt legimus i libro Genesis cap. decimo: ⁊ de hac vrbe loquit Ezechiel capitulo.27.filij Aradij cū exercitu suo: super muros tuos vide prima parte.c.2,§.17.

Aran regio:quā primo ihabitauit Thare pater Abraam postq̄ egressus est de hur caldeorꝫ: ⁊ illic mortuus ē: Unde in libro Gē.sic legimus cap.11.Tulit itaq̄ Thare Abraam filiū suū: ⁊ Loth ⁊ Sarai vxorē Abraā: ⁊ eduxit eos de hur caldeorꝫ vt irent in terrā Canaam: venerūtq̄ vsq̄ Aran: ⁊ habitauerunt ibi: ⁊ Thare mortuus ē in Aran:hec est Aran: ad quā Rebecca misit filiū suum Jacob:ne occideretur ab Esau:vnde sic legimus in lib.Gen.cap.28. igitur egressus Jacob:de Bersabee pergebat in Aran:vide.1.p.c.4.§.11.

Armenij q̄ꝫ deuoti sint in ecclesia dum orant aut audiunt diuina:vide.2.p.c.2.§.9.

Armeniorꝫ sacerdotes qbus cerimonijs utantur in missa circa Eucharistiam vide secunda parte.c.2.§.9.G.

Armeniorꝫ sacerdotes:habent easdē Ep̄las eademq̄ Euangelia:sicut nos. sed i suo idiomate:conficiunt in azimo: ⁊ eisdem verbis sicut nos:vide secunda pte c.2.§.9.C.

Ascalon ciuitas philistinorꝫ ex p̄cipuis: de qua legimus in primo regum capi.6.q̄ Ascalon anum vnū aureum obtulit i reditu arche dn̄i: cum alijs vrbibus philistinorum: ⁊ in Amos cap.primo: dicitur contra vrbes philistinorꝫ: Disperdam habitatorem de azoto: ⁊ tenentē sceptrum de Ascalone: ⁊ peribūt reliqui phi

listinorum: ꝛ nunc est totum robur saracenorum: vide prima parte c.8.§.11.

Asor ciuitas in qua regnauit Jabin: qui pugnauit contra Josue cum.24.regibus: De ea sic legimus in libro Josue capitulo.xj. Reuersusq; Josue statim cepit Asor: ꝛ regẽ eius percussit gladio. Asor enim antiquitus inter omnia regna hec principatum tenebat: vide prima parte.c.3.§ 3.

Arimathia ciuitas: ex qua ille nobilis Joseph de quo legimus Mathei.27. ꝙ venit quidam diues ab Arimathia nomine Joseph q ꝛ ipse erat discipulus Jesu: hec est eadem cũ Ramatha sophin: de qua dicemus ĩfra: ꝛ nũc Ramula dicitũt vide.1.p.c.7.§.22.

Azotus ciuitas philistinorum: ad quam deduxerunt philistyni archam domini: Unde sic legimus in libro primo regum capitulo quinto philistym autem tullerunt archam dei: ꝛ asportauerunt eam a lapide adiutorij in Azotum: vide.1.p.c.8.§.9.

B

Babilonia Egypti sita super Niluz: ꝛ per quã transit riuus vnus Nili describitur: Aduerte tamen ꝙ de hac Babilonia: parum inuenimus in sacra scriptura: sed vt in pluribus loquitur de Babilone que est in Assiria: cuius rex fuit Nabuchdonosor: vt habetur in libro quarto regum capitulo.24.ꝛ.25.vide secũda parte.c.3.§.

Babul castellum: quod saraceni zabul vel chabul vocant: quod interpretatur displicentia: et est propinquũ Sepheth: de quo dicemus infra vide prima parte.c.4.§.3.

Balsami vinea: que erat in monte Engadi: de quo dicemus infra: quomodo translata est in Egypto per Cleopatram reginam Egypti: fauente sibi Antonio vide ibidem.

Balsamum in Egypto inter Elyopolim et Babiloniam quale arbustum habeat: et qualia folia: et quomodo colligitur: cuius ortus irrigatur fonte in quo beata virgo lauabat panniculos Jesu infantis: vide.2.p.c.4.A.

Berithus antiquissima ciuitas: vbi dicitur Saluator predicasse: vbi ostenditur ymago crucifixi: illusa et percussa a iudeis: ex qua fluxit sanguis: De hac parum i scriptura inuenimus: nisi q' in libro iudicum: capitulo nono dicit: Ingressi sunt phanum Dei sui Berith: et ex eo locus nomen acceperat: qui erat munitus ualde: vide.1.p.c.2.§.9.

Bersabee: que nunc Giblim dicit: i qua Abraam postq̃ diuisus fuit a Loth: habitauit: de ea sic legimus i libro Genesis: capitulo.21. Idcirco vocatus est locus ille Bersabee: quia uterq3 scilicet Abimelech: et Abraam iurauerãt: pro puteo iuramenti vide.1.p.c.8.§.13.

Bethagla locus vbi Joseph ascendẽs de Egypto cum senioribus Pharaonis et comitatu magno: defferentes corpus Jacob patris fleuerunt super ipsum septem diebus: vnde legimus i libro Genesis ca.quinquagesimo: q cũ

vidissent habitatores Chanaam dixerũt:plã-
ctus magnus est iste Egyptijs. propterea vo
catum est nomen loci illius:planctus Egypti
Bethagla vero interpretatur domus plan-
ctus vide.1.p.c.7.§.31.

Bethania castellũ Marthe & Marie Magda-
lene:de ea legimus in euangelio Joannis.xj.
capi.erat quidam languens Lazarus a Be-
thania de castello Marthe: & Marie: ibi ostẽ
ditur domus Simonis leprosi:ibi ostenditur
monumentum Lazari: quod saraceni pluri-
mum venerantur: ibi ostenditur locus vbi
Martha occurrit Saluatori: cũ Lazarus eẽt
iam sepultus vide.1.p.c.7.§.42.

Bethphage viculus: qui propinquus est loco
vbi dñs asinã ascẽdit: vnde sic legimus in Lu
ca:capitu.19.& factum est:cum appropinqua
ret Bethphage & Bethaniam ad montem
Oliueti.misit duos discipulos suos dicẽs &c.
Et aduerte quod ex Bethania & Bethphage:nõ
videtur Jerusalem propter montem Oliueti
intermedium & propterea in Luca cap.19.di
citur. Et cũ apropinquaret iam ad descẽsum
montis Oliueti(& paucis interpositis ver-
bis)videns ciuitatem fleuit super illam: vide
prima parte.c.7.§.31.

Bethel ciuitas:que ante Luza vocabat: ibi ha
bitauit Jacob:postq̃ reuersus est ex Mesopo
tamia: illic sacrificauit Deo altissimo & ere-
xit lapidem in titulum:illic vidit scalam an-
gelos ascendentes & descendentes: vnde legi
mus in libro Genesis capitulo.35.locutus est

Deus

Deus ad Jacob: surge et ascende Bethel: et habita ibi facque altare domino: et infra: venit igitur Jacob Luzam: que est in terra canaan: cognomento Bethel: vide. I. p. c. 7. §. 37.

Bethel: nonnulli dicunt ipsam esse Jerusalem sed decipiuntur: potest autem sensus eorum esse quod Bethel: idest domus Dei: que est templum sacrum: sumatur pro Jerusalem vide ibidem.

Bethel: vbi Jeroboam filius Nabath: statuit vitulum aureum: dedicans ei phanum et sacerdotes et altare: Unde sic legimus in libro tertio regum: capitulo. 12. posuit vitulum vnum aureum in Bethel et fecit phana in excelsis: et sacerdotes de extremis populi: constituitque diem solemnem et ascendit altare quod extruxerat in Bethel vt adoleret incensum: vide .I. p. c. 7. §. 17.

Bethleem: que et Euphrata: in qua sepeliuit Jacob Rachelem: cum reuerteretur ex Mesopotamia: Unde sic legimus in libro Genesis capi. 35. Mortua est Rachel: et sepulta est in via que ducit Euphratam: hec est Bethleem. In Bethleem ortus est Dauid: vt legimus in primo Regum Capi. 16. In Bethleem ortus est saluator vt legimus Mathei Capitu. secundo. Cum natus esset Jesus in Bethleem vide. prima. p. c. 7. §. 56.

Bethleemitana ecclesia describitur: pulcherrima et deuotissima: atque preciosa valde vide prima. p. c. 7. §. 56. f.

Bethoron: duplex: superior et inferior: ciuitates

quas primo edificauit: Sara filia Ephraym vt legimus in primo parali:cap.7.filia autem eius fuit Sara que edificauit Bethoron superiorem et inferiorem: Extruxit autē.i. muniuit: et fortiores reddidit Salomon: vt legimus in secundo libro parali:cap.8. Extruxit Salomō Bethoron superiorem et Bethoron inferiorē ciuitates muratas:habentes portas et vectes et seras: vide prima parte.c.7.§.51.

Bethsaida ciuitas Galilee:ex qua oriundi sunt: Petrus Andreas et Philippus: Sic enim legimus Jo. primo cap.erat āt Philipp⁹ a Bethsaida ciuitate Petri et Andree:vide prima parte.c.5.§.6.

Bethsames villa Jude:ad quam due uacce iuuēcule: que nondum iugo assuete fuerant: deduxerunt Archā domini: et Acharon Philistium: Unde sic legimus in primo Regum: capitu.6. Ibāt aūt in directū uacce: p viā q̄ ducit Bethsames: et ifra: Sed et satrape philistijm sequebantur vsq3 Bethsames: vide.1.p.c.7.§.54.

Bethsan: ciuitas philistinorum: in cuius muro suspenderunt cadauera Saulis et filiorum suorum: Unde sic legimus in primo regū capi.31. et philistiim posuerunt arma Saulis in Templo Astaroth: corpus vero eius suspenderunt in muro Bethsan: vide prima parte.c.7.§.6

Bethsura: castrum edificatum et munitum tēpore Machabeorum: captū ab Antiocho rege adolescente dicto Eupatore: Unde sic legimus in primo machabeorum capi.6. Et iratus rex .s. Antiochus adolescens vt audiuit hec: conuocauit omnes

cauit omnes

cauit omnes amicos suos: et principes exercitus sui: et infra: Et venerunt per Idumeam et applicuerunt ad Bethsuram et pugnauerunt dies multos vide.

Bethulia: contra quam ascendit Holophernes: occisus a Judith: cuius castrorum adhuc indicia apparet. De hac sic legimus i libro Judith cap. 7. Holophernes altera die precepit exercitibus suis: vt ascenderent contra Bethuliam: vide prima parte. c. 6. §. 4.

Bethurin: locus: ex quo fuit: ille Semei filius gemini: qui maledicebat Dauid fugienti ab Absalon: Unde sic legimus in secũdo regũ capi. 16. Uenit ergo rex: vsqȝ Behurin: et ecce egrediebatur vir de cognatione domus Saul nomine Semei filius ge: procedebatqȝ egrediens et maledicebat: et mittebat lapides contra Dauid: vide primaparte. c. 7. §. 41.

Bezeth: vbi Saul factus rex congregauit filios Israel contra Naas amoniten: Unde sic legimus in primo regũ cap. xi. inuasit timor domini populũ: et egressi sunt sunt quasi vnus: et recẽsuit eos Saul in Bezeth vide. 1. p. c. 7. §. 57.

Biblium ciuitas prima parte. c. 2. §. 10.

Botrum ciuitas prima parte. c. 2. §. 11.

C

Cades berne: locus vbi et desertũ pharã ex quo Moyses exploratores misit: ad cõsiderãdã terrã Chanaã: De quo sic legimus i libro numeri cap. 13. Reuersiqȝ exploratores terre: post. 40. dies ve

nerunt ad Moysem & Aaron omnemq; cetũ filiorum Israel in desertum phares: quod est in Cades vide.1.p.c.7.§.62.

Capharnaũ ciuitas notissima in scripturis: precipue ex actibus saluatoris: adeo destructa ẽ: vt vix nunc extent.8. domus: impleta est enim cominatio Jesu in Math. cap.xi. cum dixit & tu Capharnaum: nunquid vsq; in celum exaltaberis: vsq; in infernum descendes. vide prima.p.c.4.§.7.

Cayphe domus: in qua Judei illuserunt saluatori adhuc ostenditur vide.1.p.c.7.§.47. M.

Cayphas ciuitas: sub pede montis Carmeli edificata: vide.1.p.c.8.§.1.

Caymoth. castrum: vbi dicit Lamech occidisse Caym de quo sic legimus i libro Genesis cap. 4. Audite vocem meam vxores Lamech: quoniam occidi virum in vulnus meum: & adolescentulum in liuorem meum: septuplum dabit vltio de Cayn: de Lamech uero septuagies septies vide.1.p.c.7.§.2.

Cameli in terra sancta sunt in maxima multitudine: naz auctor asserit se vidisse circa finem libani gregem camelorum numero.3000. & amplius vide.1.p.c.2.§.16.

Chanaam filius Cham filii Noe hos filios habuit qui numerantur in libro Genesis cap.x. vbi sic legimus Chanaã ãt genuit Sidonẽ primogenitum suũ: Ethеum Jebuseum: & Amorreũ & Gergeseum & Eueum & Aracheum Cyneum & Aradium: Samariten & Amatheum: & per hos disseminati sunt populi Chananeorum: vide

rum vide.1.p.c.2.§.16.

Chananea mulier: de qua legimus i Math. capitulo 15. quod egressa a finibus Tiri et Sidonis: venit ad Jesum pro salute filie: in quo loco erat quando locuta est cum Jesu: et audiuit: Non sum missus nisi ad oues: etc. vide.1.p.c.2.§.8.

Chana Galilee: de qua legimus Joannis secundo cap. quod nuptie facte sunt in Chana Galilee: et Jesus aquam mutauit in vinum: vbi sit: et quomodo nunc est sub terra: et ratio huius adducitur ab auctore vide.1.p.c.6.§.1.

Chariathiarym ciuitas: in qua reposita est Archa domini: postquam reducta fuit de terra Philistiim Unde sic legimus in primo Regum cap. septimo: venerunt viri Cariathiarim et reduxerunt Archam domini: et intulerunt eam in domum Aminadab in Gabaa. vide prima parte.c.7.§.52.

Chariath sepher: idest ciuitas litterarum: que et Dabir post nuncupata est: quam accepit Othoniel frater iunior Caleph: cui Caleph dedit Axam filiam suam in vxorem cum irriguo superius et irriguo inferius. Unde sic legimus in libro Josue capitulo decimoquinto: Caleph conscendens venit ad habitatores Dabir: que prius vocabatur Chariath Sepher: idest ciuitas litterarum: et dixit qui percusserit Chariath Sepher: dabo ei Axam filiam meam vxorem vide.1.p.c.7.§.67.

Cedar ciuitas gloriosa: quam Josephus Camelam appellat: quod potens et gloriosa fuerit colligimus in Jsaia capitu.21. sic enim inquit

& auferetur omnis gloria Cedar & reliquie nu meri sagittariorum fortium de filijs Cedar imminuentur: & in Ezechiele capitu. 27. sic legimus: Uniuersi principes Cedar negociatores manus tue: cum agnis & arietibus & hedis venerunt ad te: vide. 1. p. c. 4. §. 3. ibidem. §. 11.

Cedes Neptalim: vna ex vrbibus: que assignate sunt pro fugitiuis. Unde sic legimus i libro Josue capitu. 20. Separate vrbes fugitiuorũ: de quibus locutus sum ad vos per manũ Moysi: vt confugiat ad eas quicunq; animam percusserit nescius; & infra: Decreuerunt q; cedes in Galilea montis Neptalim: vide prima parte. c. 4. §. 2.

Cenaculum in quo vt legimus luce. 22. capitu. dominus pasca cum discipulis suis celebrauit: in quo post resurrectionẽ: discipulis cõgregatis frequẽter apparuit. In quo Mathias sorte electus est: vide. 1. p. c. 7. §. 47. M.

Centurio de quo legimus in Math. capitu. 8. qui ad Jesum venit: rogans pro puero paralitico: in quo loco saluatorem allocutus fuerit vide prima parte. c. 4. §. 6

Cesarea: in qua vt legimus in actibus Apostolorum: capitulo decimo Petrus predicauit Cornelio & baptizauit eum: & capitu. 21. legimus quomodo. Agabus propheta: prophetauit Paulo ipsum alligandum in Jerusalem & tradendum in manus gentium Et capit. 24. legimus quomodo Cesaree disputauit cõtra Tartullum oratorez contra preside felice: vide prima parte. c. 8. §. 1.

Cesarea Philippi: de qua legimus in Math. capitulo .16. q venit Jesus in partes Cesaree Philippi: ipsa cū Velenas: que ante dicta est Dan: Antiquitus autem in scripturis sacris dicitur Lachis. De qua sic legimus Josue capit. decimo. De Lebna transiuit in Lachis cū omni Israel: et exercitu per girum disposito expugnabat eam: tradiditq dominus Lachis in manu filiorum Israel: Hec est Lachis: ex qua vt legimus in Isa. capitulo .36. Senacherib rex assiriorum: misit Rapsacem ad Jerusalem ad Ezechiam pro obtinenda ciuitate: vide prima parte. c. 9. §. 1.

Cison torrēs: de quo legimus in libro Judicum capitulo quarto sic: ego adducam ad te in loco torrentis Cison Sysara principem exercitus Jabin: et currus atq omnem multitudinem: Quomodo aggregat ex aquis pluuialibus descendentibus de monte Thabor et Hermon: et Hermion: vide prima parte. c. 6. §. 9.

Cisterna Joseph: in qua positus fuit a fratribus suis vt legimus in libro Gene. capit. 37. proiicite eum in cisternam veterem que est in solitudine: manusq vestras seruate innoxias: vbi nam hec sit vide prima parte. c. 2. §. 8.

Columne pars ad quam flagellatus est dominus vbi sit et ad quem locum fuerit translata vide: prima parte. c. 7. §. 47. J.

Cōuallis illustris: in qua cōgregati sunt multi reges: vt legimus in libro Gene. cap. 14. q fuerūt hii Rex Sennar: rex Pōti rex Elamitarum: et Thadal rex gentiū: oēs hii ut inquit scriptura

conuenerunt in vallem illustrem que nunc est mare salis. hec ibi: Quomodo disponit q̃ȝ amena et fertilis: et extenditur usq; ad mare mortuum: vide. 1. p. c. 7. §. 9.

Corozaym contra quam clamat saluator Mat. xi. capi. Ve tibi Corozaym: quomodo destructa sit: cuius ruine ostendũtur super mare Galilee vide. 1. p. c. 4. §. 7.

Cruci affixus Saluator: uertebat faciem suam ad occidẽtem et signum adducitur ab auctore vide. 1. p. c. 7. §. 47. L.

Crux quomodo fuit fixa: et quãte latitudinis ac profunditatis est foramen ipsum: vide prima parte. c. 7. §. 47. M.

Crux vbi fuit inuenta ab Helena Cõstantini matre vide ibidem. K.

D

Dan: mons super quem Jeroboam filius Nabath statuit alterum vitulũ aureum: i quo fecit ydolatrare Israel: Sic. n. legimus i libro tertio Regũ Cap. 12. posuit Jeroboã uitulũ unũ in Bethel: alterum in Dan et factum est verbũ hoc in peccatum vide. 1. p. c. 7. §. 15.

Decapolis de qua legimus Math. cap. 4. q̃ turbe secute sunt Jesum de Galilea et de Decapoli: quos terminos habeat: et que sint ille decem ciuitates: a q̃bus dicit̃ Decapolis: et est eadẽ regio cũ Iturea et Traconitide: et planicie libani et terra Moab et Galilea gentium vide prima parte. c. 6. §. 6.

Diuisionẽ

Diuisionem totius terre promissionis ꝯm quãlibet tribũ: vide prima parte.c.9.per totum.
Dothaym: vbi Joseph missus a patre Jacob: inuenit fratres suos: vt legimus in lib. Genesis cap.37.vide prima parte.c.5.§.4.
Dromedarij: plurimum habundat in terra promissionis: vide secunda parte.c.2.E.

E

Ebron antiqua: in qua mortua ꝛ sepulta ē Sarra ipsa est ciuitas Arbee: q̄ hebraice dicit̃ Cariath Arbee: vt legimus i lib. Gen.cap:23.vbi sic scribit̃: Uixit Sarra centũ viginti septē annis: ꝛ mortua ē in ciuitate Arbee q̄ est Ebron ĩ terra Chanaam. Jn hac regnauit Dauid super Judam.7.annis. Sic enim legimus in secundo libro regũ cap.2.ꝛ fuit numerus dieꝝ quos cõmoratus est Dauid ĩperans i Ebron super domum Juda.7.annorum ꝛ.6.mēsiũ: vide prima parte.c.7.§.65.
Ecclesia sancti sepulchri: quomodo disposita ꝛ situata est: vide prima parte.c.7.§.47.F.
Ecclesia Golgotana: quomodo disposita est: vide prima parte.c.7.§.47.F.
Egyptus tota describit̃: ꝛ q̄ fuerint p̄cipue eius vrbes: cõtra quas clamat Ezechiel i cap.30: ꝛ sunt iste Mēphis Taphnis Alexãdria: Elyopolis Bubasti: de q̄bus dicã singulariter in ꝓpriis locis alphabeti: vide sc̄da p.c.3.p totũ.
Egyptus ē fere inaccessibilis: eo ꝙ ab occidēte hēt mare magnũ: ꝛ sic nõ est accessus nisi p naues cõtra affricũ ē desertũ Lybie: ab austro est desertũ Ethiopie: ab oriēte ē desertũ Thebay

dos:cōtra vulturnū ⁊ septentrionē est desertū per qd errauerunt filij Israel per.40.annos: vide secunda parte.c.3.Ⅿ.

Eleutherus fluuius:de quo sic legimus i primo lib.Machabeoꝝ cap.xi.Et abijt Jonatas cū rege vsq3 ad fluuium qui vocat Eleuterus ⁊ reuersus ē i Jerusalē: vide prima p.c.2.§.6.

Emaus:castellū notissimū in Euangelio pcipue apud Marcū cap.16:de duob⁹ discipulis eūtibus i Emaus ⁊ nūc Nicopolis dr:Ubi sit:vide prima parte.c.7.§.50.

Endor villa i qua habitabat phitonissa:quā cōsuluit Saul cōtra Philistijm : Un̄ sic legimus in primo regū cap.28.Dixit Saul seruis suis: Querite mihi mulierē hn̄tē phitonē: Et infra. Est mulier phitonem habens in Endor:vide prima parte.c.6.§.10.

Engadi mons in quo latuit Dauid:cū eū persequeret Saul: Sic.n.legimus i prio regū cap. 24.Ascēdit ergo Dauid idē: ⁊ habitauit i locis tutissimis Engadi:hic mōs cecidit i sortē trib⁹ Jude vt legim⁹ i Josue cap.15. Engadi ciuitates sex ⁊ ville eaꝝ:vide.1.p.c.7.§.39.

Engadi vinee delicatissime ⁊ speciose de quib⁹ dicitur in cāticis cāticoꝝ Salomnis cap.pri. Botrus cypri dilectus meus mihi i vineis Engadi:vide prima parte.c.7.§.39.

Esdrelon:de quo legimus i lib.Judith:cap.pri. qd Nabuchodonosor misit ad oēs q habitabāt i cāpo magno Esdrelon.Est idē locus cū eo qui dicit in.4.lib.regū:cap.9.Cāpus magedo:i quo mortuus est Ochozias pcussus a militibus Jehu: ⁊ ē idē cū eo q dr Magedam

de quo

de quo legim⁹: Mathei.15.q̄ Jesus dimissa turba: ascēdit i naviculā: ⁊ venit i fines Magedan: Sed vnde oriat hec nominū diuersitas declarat auctor: vide prima parte .c.6. §.8.⁊.c.7.§.5.

Extensio terre Sācte est a Dan: q̄ nūc Cesarea Philippi: vsq̄ Bersabee: q̄ nūc Giblin dicit ⁊ nō plene cōtinet leucas.120.Hec extensio declarat p illud qd legim⁹ i.2.Regū ca.24. qñ Dauid dixit ad Joab principē exercitus sui perambula oēs tribus Israel a Dan vsq̄ ad Bersabee: ⁊ numera populū vt sciam numerum eius: vide prima parte.c.j.

F

Fertilitas terre sanctē quāta sit: vt vere impleatur illud: qd scribit Deute.cap.8.Dñs deus tuus introducet te i terrā bonam: terrā riuoꝝ aquaꝝ ⁊ fontiū i cuius campis ⁊ montibus: erumpunt fluuioꝝ abyssi: terra frumēti ordei ac vineaꝝ: i qua ficus ⁊ malogranata nascūtur: terra olei ⁊ mellis: vbi absq̄ vlla penuria comedes panem tuum: ⁊ rerum omnium habundantia perfrueris: vide scda parte c.1.

Fons: de quo dicit: in canticis cap.4.fons hortoꝝ puteus aquaꝝ viuentiū: que fluunt ipetu de Libano: q̄ mirabilis sit: ⁊ quomodo in veritate rei sunt plures: ⁊ non vnus tantum: vide prima parte.1.2.§.13.

Fons viuus nūcupatus ex magna scaturitiōe ⁊ habundātia aquaꝝ: discurremus p tres leucas p cāpū capharnaū: quē dicunt esse venas Nili; eo q̄ Corcouum piscem nutrit: qui non

nisi in Nili inuenitur: vide prima p.c.4.§.6.
Fons Helisei: quē vt legim⁹ i lib.4.regū cap.2. dulcē reddidit īmissione salis. Sic enim dicit scriptura: egressus Helyseus ad fontē aquarū misit in illum sal et ait: Hec dicit dn̄s: sanaui aquas has: et nō erit vltra in eis mors neq; sterilitas: q; magnus et nobilis sit: vide prima parte.c.7.§.29.
Fons Siloe: de quo intelligitur illud Isaye.8. p eo q abiecit populus iste aquas siloe: que vadunt cū silentio ab eo fluunt aque ad natatoria siloe: de quibus dicemus infra: vide prima parte.c.7.§.43.Q.
Fons Rogel: de quo sic legimus in lib.3.regum cap.primo immolatis ergo Cidonias arietibus et vitulis: iuxta lapidē Zoeleth: q erat vicinus fonti Rogel &c. vide.1.p.c.7.§.43.S.
Fures in Armenia: qui furta parua cōmittunt q̄bus nō merent morte: castrant: ne filios sibi similes generent: vide.2.p.c.2.§.9.E.
Fructus q nascunt sub mōte Engadi: iuxta mare mortuū: qd ē mare: vbi prius sodoma: plenisant.fauilla et cinere: licet arbores pulcherrime sint i frondibus: vide prima p.c.7.§.39.
Gabaa in tribu Beniamin in ea Iospitatus est leuitas: cuius vxor oppressa fuit et mortua: ibidem et propter quam fere tota tribus Beniamin deleta fuit. Sic enim legimus in libro Iudicum capitulo.20. Interrogatus leuita maritus mulieris interfecte: quomodo tantū scelus perpetratū esset: r̄ndit Ueni in Gabaa Beniamin cū vxore mea: illucq; diuerti et ecce hoīes ciuitatis illius circūdederunt nocte

domum in qua manebã volentes me occide-re ⁊ vxorem meã incredibili furore libidinis vexãtes deniq; mortua est: vide.1.p.c.7.§.25.

Gabaon ciuitas ex qua venerũt Gabaonite ad Josue: postulãtes pacẽ: sic.n. legimus in libro Josue cap.9. Habitantes in Gabaon audien-tes contra que fecerat Josue.4.⁊ infra perre-xeruntq; ad Josue qui tunc morabatur in ca-stris Galgale ⁊ dixerunt De terra longinqua venimus: pacem vobiscum facere cupientes: vide prima parte.c.7.§.49.

Galaad: vbi laban persequens Jacob: compre-hendit eum ⁊ inientes fedus pacis comede-runt simul super tumulum lapidum: Sic er-go legimus in libro Gene. capit.31. dixitq; La-ban: Tumulus iste testis erit inter me ⁊ te: ⁊ idcirco appellatum est nomen eius Galaad idest tumulus testis vide.1.p.c.7.§.26.

Galgala: vbi transito Jordane: Josue circunci-dit filios Jsrael: postq̃ terrã promissionis ap-plicuerunt: Unde sic legimus in libro Josue cap.5. postq̃ omnes circuucisi sunt: manserũt in eodẽ castro⁊ loco: donec sanarentur: Et in-fra: uocatũq; est nomẽ loci illius: Galgala vsq; in presentem diem: vide prima.p.c.7.§.27.

Garizim mõs: in quo Josue: replicauit totũ Deu teronomiũ Moysi audiente populo: Sic.n. legimus in libro Josue cap.18. Media ps po puli stabat iuxta Mõtẽ Garizim ⁊ media iux-ta montem Sebal: ⁊ infra: ⁊ cuncta que scri-pta fuerãt in legis volumine replicauit cora⁊ omni multitudine Jsrael: vide.1.p.c.7.§.17.

Garizim qui vt supra: mõs est: super quem edifi-

catum fuit tẽplum Iouis olympij: ad instar tẽ pli Salomonis in Ierusalem: ꝛ hoc templuꝫ videtur insinuasse Samaritana: quãdo dixit Iesu: patres nostri in monte hoc adorauerũt Ioannis cap. 4. vide. 1. p. c. 7. §: 17.

Gedeon pugnauit contra Madian in valle: que est planicies inter Gelboe ꝛ Hermon: Sic. n. scribitur in libro Iudicũ capi. 7. Igit Gedeõ de nocte cõsurgẽs: ꝛ oĩs populus cũ eo: venit ad fontẽ q vocat Arad: erant aũt castra Madiã in ualle ad septentrionalẽ plagã collis ex celsi: hic est Gelboe: vide. 1. p. c. 7. §. 8.

Gelboe mõs in quo interfectus ẽ Saul ꝛ Ionothas sic. n. scribit in secũdo regũ cap. primo Dixit adolescens Dauid: Casu veni in mõtẽ Gelboe ꝛ Saul icũbebat sup hastã suã: qũo dis ponit cũ mõte Hermon: vide. 1. p. c. 7. §. 8.

Gelboe: credũt aliq ꝛ p̄dicãt: ꝙ in monte Gelboe nõ cadit ros: eo ꝙ imp̄catus ẽ ei Dauid vt legimus in secũdo regũ cap. primo Mõtes Gelboe nec ros nec pluuia cadãt sup vos: ꝛ tamen auctor: in ipso monte dormiuit ꝛ maxi mum rorẽ vidit i mane Declarat ẽt qũo illud dictũ: põt in parte saluari: vide. 1. p. c. 7. §. 10.

Geth ciuitas philistiim de qua p̄cessit Goliath: sic enim legimuꝫ in primo regũ cap. 17. ꝛ egres suꝫ est Goliath de geth: vir spurius: vide pri ma parte. c. 3. §. 6.

Gethsemani vbi erat hortus in quo orauit Sal uator tempore passionis vt legimus in Ma theo capitulo. 26. Tunc venit Iesus in villã que dicitur Gethsemani: vide prima parte . c. 7. §. 47. C.

H

Hay vrbs quam expugnauit et deleuit omnibus interfectis Josue pcepto dñi: Sic.n.legimus Josue.8.Josue non contraxit manum: quam in sublime errexerat tenens clipeũ donec interficerentur omnes habitatores Hay qui succẽdit vrbem et fecit eam tumulum sempiternũ: vide prima parte.c.7.§.36.

Helyas pascebat a coruis: pcepto domini in torrente Carith: Sic.n.legimus in libro tertio regũ cap.17.Cũq; abiisset sedit in torrẽte Carith: qui est cõtra Jordanẽ: corui quoq; deferebãt ei panem et carnes in mane: similiter et vesperi: Auctor describit hũc locũ: vide.1.p.c.7.§.25.

Helyseus credit natus in villa que dr̃ Abel meula Sic.n.legimus in lib.tertio regũ cap.19.Helyseũ aũt filiũ Saphat: q ẽ de Abelmeula vngues Prophetam pro te: vide.1.p.c.6.§.3.

Hermon mons: de quo legimus in psalmo: Sicut ros Hermon: q descendit in montẽ Syõ: qũo disponitur et vbi est: vide.1.p.c.7.§.8.

J

Jacobus Aplũs: de quo legimus: actuũ Aplorũ cap.12.q Herodes rex occidit Jacobum, fratrem Joannnis gladio: in quo loco occisus fuerit: vide prima parte.c.7.§.47.M.

Jericho ciuitas de qua legimus Josue cap.6.q munita fortesq; viri erãt in ea: cuius mari ad sonitũ tubarũ iubilei corruerũt: vbi sit: et nunc vix.8.domos habet: vide.1.p.c.7.§.30.

Jerusalẽ: q antiquitus: Jebus dicebat: sic.n.legimus in libro Judicũ ca.19.Venit cõtra Jebus

que altero nomine vocatur Jerusalem: quomodo situatur: quantum distat ab Achon: a Samaria que nunc Sebaste dicit: a Nazareth a Jope a Jerico: a Bethleem: a Thecua: ab Ebron: vide prima parte. c. 7. §. 43. A

Jerusalem tempore Salomonis: quomodo disposita erat & q̃ mirabilis legimus enim in libro tertio regũ capi. 9. q̃ Salomon edificauit domũ domini & domũ suam & melo: & muruz circa Jerusalem: vide prima. p. c. 7. §. 43. D

Jerusalẽ quã magnũ. & nobilissimum ambitum antiquitus habuit: & auctor ipsum pfecte describit: vt vez sit illud psalmi Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei: vide. 1. p. c. 7. §. 44. A

Jerusalẽ quomodo est in loco eminenti: & ex ea quot regiones videntur: inter quas est mons Nebo & Phasga: super quos iussu dei Moyses ascendit & sicut legimus in Deuteronomio cap. 34. postq̃ dominus ostendit ei oẽm terrã pmissam & vidit oculis suis: dixit ei dominus vidisti eã: & non transibis ad illã: mortuusq̃ẽ ibi: vide ibidẽ. §. 43. & 44. & 47. D.

Jerusalem. 8. portas habuit: prima nomiuatur porta Dauid: que in libro Neemie: cap. 3. dicitur porta pisciũ: secũda dicit porta iudiciaria: quia extra hanc dominus passus est apud Neemiam ibidẽ dr̃ porta vetus: tertia dicit porta Effraym: apud Neemiam dicit porta equoz. 4. dr̃ porta anguli de qua legimus in libro. 4. regũ cap. 14. q̃ Joas interrupit murũ Jerusalẽ a porta Effraym vsq̃ ad portam anguli q̃drĩgẽtis cubitis. 5. dr̃ porta sterglinij similiter eã noiat Neemias ibidẽ. 6. vr̃ porta gregis: similiter

gis: similiter eam noiat Neemias ibidē: septima dicit porta aurea: sed hec erat magis templi q̃ ciuitatis intra quā erat porta tēpli que dicebat speciosa ꝛ ideo hanc nō adducit Neemias: octaua dr porta fontis syloe: Neemias autem simpliciter nominat eam: portam fontis: vide prima.p.c.7.§.45.per totum.

Jerusalem: quot montes habet in circuitu: de quibus dr i psalmo: mōtes i circuitu eius: ꝛ auctor noiat ac describit eos: vide.1.p.c.7.§.49.

Jerusalē est nūc in eodem loco: in quo fuit ante passionē saluatoris nec obstat illud: qd dicit Apostolus ad hebreos cap.8.Xp̄m extra portā esse passum: ꝛ tñ nūc sepulchrū: ꝛ mōs caluarie est intra urbē: auctor .n. exponit quomodo hec nō contradicāt: vide.1.p.c.7.§.43.B.

Jerusalem: nūc inhabitant oēs nationes Christianorū ꝛ qlibet viuit ſm suū ritū: ꝛ inter oēs peiores sunt Christiani Latini: ꝛ huius rationē auctor assignat: vide.2. parte.c.2.§.1.

Jerusalem inhabitāt Saraceni qui Maumeth adorāt quid sentiaut de Xp̄o de.B. virgine de Apostolis ꝛ q sint mores eoꝝ tā boniq̃ mali auctor describit vide.2.p.c.2.§.3.

Jerusalem inhabitant Siriani q ꝛ Sirichū dñr qui se Christianos dñt: sed certe mali sūt: ꝛ describitur vilis eorum vita: vide ibidem.§.4.

Jerusalem ībabitāt greci Scismatici: quoꝝ Patriarcha nō renueret obedire pōtifici Romano: sed non vult alteri Prelato subici nec obedire vt refert auctor se audisse ex ore eiusdem Patriarche: vide ibidem.§.5.

Jerusalē ībabitāt Armeni: Georgiani Nestoria-

ni Jameni Caldei Medi ꝛc. qui omnes sunt Christiani: ꝛ licet denominentur a quibusdā hereticis: ipsi tamen sunt boni ꝛ simplices ꝛ deuoti Christiani: ꝛ non secuntur errores illorum hereticorum: vide ibidem.

Jezrael: in qua habitabat Achab ꝛ Jezabel i regno Samarie: in cuius agro canes comederunt carnes Jezabel: pp vineam Naboth: quē innocentē lapidare fecit: ꝛ de ea sic legimus in .4. regum cap. 9. Jn agro Jezrael comedent canes carnes Jezabel: ꝛ erunt carnes Jezabel sicut stercus super faciem terre in agro Jezrael: vide prima parte. c. 7. §. 7.

Ilex mambre: de q̃ legimus in libro Gene. cap. 18. q̄ sub illius vmbra Abrā recepit tres angelos qui predixerūt ei: filium sibi nasciturum: ꝛ Sodomam subuertendā: iā aruit sed ex radice eius alia exorta est: de cuius fructu auctor accepit: ꝛ declarat cuius figure folia habeat vide prima parte. c. 7. §. 64.

Joannes baptista non fuit incarceratus nec decollatus in Samaria: vt qdā predicant: sed in Macherūta Venerūt tñ discipuli eius ꝛ tulerunt corpus: ꝛ sepelierunt in monumento vt legimus marci. 6. qd monumentum est in Samaria inter Prophetas: ꝛ est ad instar sepulchri Jesu Christi: quod Sarraceni maxime venerantur: vide prima parte. c. 7. §. 12.

Jope ciuitas: ad quā descendit Jonas Propheta cū fugeret a facie domini Sic enim legimus in Jona cap. primo ꝛ surrexit Jonas vt fugeret i Tharsis a facie domini ꝛ descēdit Jopē: Hec est vulgatissima ciuitas in libris machabeorum

deorum: et in actibus Apostolorum: vide.1.p.c.7.§.56.
Jor et dan duo fontes: quando nascuntur in pede Lybani: et quomodo in rei veritate principium Jordanis non est ab eis: sed a phiala fonte de quo dicemus infra: vide.1.p.c.3.§.5.
Jordanis quem decursum facit: quomodo separat Jturcam et Traconitidem regionem: de quibus dicemus loco suo: quomodo inter Capharnaum et Corozaym mare Galilee ingreditur: vide prima parte.c.3.§.5.
Joseph predium quod dedit ei Jacob pater eius: vt legimus Joannis cap.4. in quo saluator locutus est cum Samaritana: quam amenum et extensum sit: Hoc est predium: quod signauit Jacob in libro Gene.cap.48.cum dixit Josephis filio suo: en ego morior et deus erit vobiscum: reducetque vos in terram patrum vestrorum Do tibi partem vnam extra frateres tuos: quam tuli de manu Amorrei in gladio et arcu meo: vide.1.p.c.7.§.20.
Joseph ossa: que secum attulerunt filij Jsrael de Egypto in terra Chanaam: vt scribitur in libro Josue capitulo.24.vbi seplierunt: vide. prima parte.c.7.§.20.
Josue sepultura: vbi creditur esse: sed non est verum imo potius est sepulchrum Chanaan filii Cham Josue enim vt legimus in libro Josue cap.24.sepultus est in finibus possessionis sue in Thamnathsare que sita est in monte Effraym a septemtrionali parte montis Gaas: vide prima parte.c.2.§.14.
Jsayas Propheta vbi sepultus fuerit: vide prima parte.c.7.§.43.T.
Jter a Bethania in Jerusalem: quod frequentabat

saluator quale sit: & quando eunti incipit Jerusalem apparere: vide.1.p.c.7.§.2.
Iturea regio de q̃ legimus luce.3. Philippo aũt fratre eius Tetrarcha Jturee regionis: eadẽ est cũ Galilea gentiũ: & cũ Decapoli de qua diximus supra in Decapoli: vide.1.p.c.4.§.11.
Judas Icarioth in quo loco: laqueo se suspẽdit vide prima parte.c.7.§.45.

K

Kayrum in Egypto sedes Soldani: de quo mentio non habetur in scripturis sacris: forte propter sui nouitatem i cuius medio: riuus vnus Nili transit: vide secunda parte.c.3.B.

L

Lachis ciuitas quã expugnauit Josue: Sic.n.legimus in libro Josue cap.x. Tradidit dñs Lachis in manu filiorꝫ Jsrael: & cepit eã Josue die altero nũc aũt Belenas dr̃: & qm̃ filii Dã acceperunt eã vocauerunt eã Dã: & hec est de qua sepe dicit̃ i libro Judicũ: & libris regũ Cõgregatus est vniuersus populus Jsrael a Dã vsqꝫ Bersabee: vide prima parte.c.7.§.53.
Lapis sup quẽ sedebat Jesus p̃dicãs i mõte i quo & oñdunt sessiones Aplorꝫ: vide.1.p.c.4.§.6.
Lapis in quo apparẽt tria vestigia Jesu impressa: vide prima parte.c.4.§.6.
Leopardorꝫ mõtes de qb⁹ dr̃ i cãt: Salomõis ca.4. Coronaberis spõsa. de cubilib⁹ leonũ de mõtib⁹ pardorꝫ: vbi sint & q̃les vid.1.p.c.2.§.14.
Libanus mons nobilissimus: decantatus: cãt in psalmis & oi scriptura sacra incipiẽdo a libro

Deuteronomii

Deuteronomi cap.3.cũ dixit Moyses Trãsibo igit̃ ⁊ videbo terrã hãc optimam ⁊ montẽ istũ egregiũ ⁊ Libanũ:quãtũ distet a Tripoly vide prima parte.c.2.§.13.

Lebna ciuitas:quã expugnauit Josue iterfecitq₃ regẽ ei⁹ ⁊ oẽs habitatores Sic.n.legim⁹ Josue cap.x.trãsiuit Josue cũ oi Jsrael de Maceda in Lebna:⁊ pugnabat cõtra eã: quã tradidit dominus cũ rege suo in manus suas: pcusserũtq₃ vrbẽ in ore gladij:⁊ omnes habitores eius vide prima parte.c.7.§.21.

Locus pdicationis Jesu Christi ostẽdit an̄ portã oriẽtalẽ ciuitatis Tyri de q̃ dicem⁹ loco suo: ad iactũ duarũ sagitarũ vide prima p.c.2.§.5.

Locus apparitionis Jesu:post resurrectionẽ:discipulis piscantibus: qñ dixit eis vt legimus Joannis capitulo.21.pueri nunquid pulmẽtarium habetis:vide prima p.c.4.§.6.

Locus vbi discipuli: egressi de mari: viderunt prunas ⁊ piscem superpositum vt legimus Joannis cap.21.vide prima parte.c.4.§.6.

Locus vbi saluator:vocauit Matheũ:alio noĩe leui vt legim⁹ luce.5.ca.vide prima p.c.5.§.1.

Locus vbi Helyas interfecit sacerdotes ac pphetas Baal:de hoc.n.sic legimus i lib.3.regũ cap.18.Dixit Helyas: apprehẽdite pphetas Baal:⁊ ne vnus quidem effugiat ex eis: quos cũ apphẽdissent: duxit eos Helyas ad torrentem Cyson ⁊ interfecit eos:vide prima parte.c.2.§.2.⁊.c.7.§.1.

Locus:vbi vt refert Lucas cap.22.Jesus auulsus a discipulis suis quãtũ iactus est lapidis positis genib⁹ orabat:⁊ illic apparẽt vestigia

genuũ ꝛ manuũ: vide prima p.c.7.§.47.E.
Locus vbi tentus est Jesus a turbis: Dicit.n. Matheus ca.26.ꝙ manus iniecerũt i Jesuꝫ ꝛ tenuerũt eum: ꝛ illic apparẽt i rupe lineamẽta verticis ꝛ capilloꝛuꝫ ꝛ digitoꝛum saluatoris Mirum nimis est illud quod recitat auctoꝛ: vide pꝛima parte.c.7.
Locus vbi filij Israel ydolatrãtes traducebãt filios suos p ignẽ ꝛ sacrificabãt ydolis Vñ expꝛobrant i.4.regũ capi.17. Seruierunt Baal ꝛ consecrauerũt filios suos ꝛ filias suas p ignẽ ꝛ diuinationi inseruiebãt ꝛ augurijs: vide pꝛima parte c.7.§.43.T.
Locus vbi stabat mr̃ Jesu iuxta crucẽ vt refert Joannes cap.19.vide pꝛima p.c.7.§.47.L.
Locus vbi beata virgo stetit post Ascẽsionem ꝛ vixit vsqꝫ in finem vite sue: vide ibidem.
Locus: vbi dominus ascẽdit in celũ: ꝛ qd factũ fuerit de lapide illo: in quo dñi ascẽdentis vestigia remãserũt: vide pꝛima p.c.7.§.46.
Lõgitudo ꝛ latitudo totius terre sancte describitur: vide pꝛima parte.c.9.§.1.

M

Maceda ciuitas: quã expugnauit Josue: i cui⁹ spelũca quinqꝫ reges se abscõderãt: ad cuius os: saxa aduolui Josue mãdauit: nã sic legim⁹ i lib. Josue cap.x. Nũciatũ ẽ Josue: ꝙ iuẽti ẽent qnqꝫ reges: q se abscõderãt i spelũca vrbis Maceda. Qui ꝑcepit socijs voluite saxa ingẽtia ad os spelũce: vide.1.p.c.8.§.10.
Magdalũ: aduertas qꝺ duplex ẽ magdalũ: vnũ in Egypto: ꝺ quo legim⁹ i lib. Exodi cap.14.
Reuersi

Reuersi castrametentur e regione Phayroth que est iter Magdalum et mare, et aptius in Jeremia cap. 44. sic legimus: iudeos qui habitabant in terra Egypti: habitantes in Magdalo et in taphnis etc. Et de hoc Magdalo non loquitur auctor: Alter est apud Bethsaydam in iudea: in quo adhuc est domus Marie Magdalene: et de hoc loquitur: vide prima parte. c. 5. §. 7.

Magedo Campus magnus: de eo diximus supra in Esdrelon: vide prima parte c. 7. §. 3.

Magedan: quere in Esdrelon.

Magedon: creditur esse idem locus: cum magedo De Megedon loquitur Apocalip. cap. 16. et congregauit illos in loco: qui hebraice dicitur Magedon prima parte. c. 3. §. 5.

Mambre: vbi habitauit Abraam: et angelos hospicio suscepit: vt legimus in lib. Gen. cap. 18. Apparuit ei dominus in conualle mambre sedenti in hostio tabernaculi sui in ipso feruore diei: vide prima parte. c. 7. §. 64.

Maon desertum: in quo habitabat Nabal carmellus ad quem nuncios misit Dauid vt acciperent munera: Unde sic legimus in primo regum cap. 25. Erat vir quispiam in solitudine Maon: et possessio eius in carmello: vide. 1. p. c. 7. §. 61.

Mare mortuum: vbi prius erat Sodoma et Gomorra: nunc abit: quoniam profundate sunt ciuitates ille: vt legimus in lib. Gen. cap. 19. Igitur dominus pluit super Sodomam et Gomorram sulphur et ignem: et subuertit ciuitates has et omnem circa regionem: facta est profunditas aquarum: que appellatur mare mortuum. Dicitur etiam lacus aspalti. i. bituminis: quod multum illic

colligitur est enim talis dispositionis regio illa etiã ante subuersionẽ Sodome: Unde ꝛ in libro Geñ.cap.14.dicitur: q vallis siluestris que ꝓpinqua erat Sodome: ꝛ nũc est vicina mari mortuo: habebat puteos multos bituminis: vide prima parte.c.7.§.32.

Mare mortuũ quãte lõgitudinis sit: ꝛ q̃ tremẽda appareãt in eoꝛ vltionẽ ꝛ detestationẽ Sodomoꝝ: prima parte.c.7.§.32.ꝛ ibidẽ.§.34.

Maria Egyptiaca: que ante meretrix: contrita ad sepulchꝛũ dñi accessit: in quo loco responsũ accepit a.B.Ṽgine: vide.1.c.7.§.47.M.

Mecha ciuitas sepulture Mahumeth in qua p̃te Arabie sit: vide prima parte.c.1.E.

Melchisedech Dei sacerdos de quo legimus i libro Geñ.capitu.14.q erat Rex Salem ꝛ sacerdos Dei altissimi offerens panẽ ꝛ vinũ: in quo loco benedixit Abrae reuertenti a cede quatuor regũ: vide prima parte.c.6.§.9.

Memphis ciuitas Egypti: in qua p̃cipue erãt oracula ꝛ vaticinia: de qua ꝛ cõtra quã loquitur Ezechiel cap.30. Et disperdã simulachra: ꝛ cessare faciã idola de Memphis: nunc Damiata dicitur: vide secunda parte.c.3.A.

Meron aque sunt: de q̃bus sic legimus in libro Josue cap.xj. venit Josue ꝛ oĩs exercitus cũ eo: aduersus illos reges: ad aquas Meron, ꝛ irruit super eos: tradiditq; eos dñs in manus Israel: Ex aquis istis cõficit stagnũ ex decursu Jordanis: quod dr̃ Meron: quod exiccatur: ꝛ aliquãdo in eo ita crescũt arbusta in tanta habundãtia: q leones ꝛ vrsi habitãt in eis: ꝛ hec est venatio regia vide.2.p.c.3.G.

Miraculũ

Circa numerū portarū Jerusalē: scias deuotissime lector: i antiqua ciuitate fuisse tm̄ octo: et post reparationē similiter octo: varijs qdē noibus denominatas: Prima igitur erat Porta Dauid: i latere mōtis Syon: illo i loco vbi due voragines a seinuicē separabātur quarum vna cōtra Aquilonē: alia extendebat se cōtra oriētē: eratqꝫ ibi testudo facta vltra voraginem cōtra portam: per quam

Porta Dauid

patebat

patebat exius extra ciuitatem: Ad dexterā huius testudinis Judas in vno Sicomorum laqueo se suspendit: Neemias cap. 3. appellat eā portā piscium Nā p eā erat via in Jopen & Dispolim & maritima: vnde deferebant pisces in Jerusalez: Dicta fuit etiā: negociatorū porta: eo qꝫ p eā erat trāsitus i Bethleē in Ebrō in Gazā In Egyptū in Ethiopiā: Uez trāsitus ille secabat supra agrū fullouis in moute Gyon: & a sinistris erat iter in Ebrō a dextris aūt in Jopē: Sed itez modico in teruallo hic q versus Jopen trāsitus diuidebat & a sinistris ducebat in vallē Raphaym sub castro Bethsura versus Philistym: & Gazā & Egyptū & Ethiopiā vnde negociatores varias & p̄ciosas merces afferebant: A dextris autē ducebat in Emaus & Ramata & Jopen cōtra occidētem ad mare Unde cōducebant pisces vt dictū est: Dicta fuit & Porta Dauid: eo qꝺ turris Dauid: & eiusdē ciuitas bta in mōte Syon superēmineret.

Judas vbi se suspendit

Porta pisciū

Porta negociatorū

B

¶ Secunda porta fuit in eadē muri pte respiciēs similiter occidentē sed a prima distabat cōtra aqlonē: dictaqꝫ fuit vt legimus Neemie cap. 3. porta vetus: Nā ibidē fuit ēt Jebuseorū tpe: qui Jerusalē dominati sunt: ante egressum Jsrael de Egypto: Dicta est & porta iudiciariū: nā ante eā iudiciū agitatū erat: & que iā iudicatā fuissent per sententiā extra hanc portā executioni demādabāt Extra hāc Reparator mūdi cruci affixus Nam licostratos locus iudicij erat intra muros ciuitatis iuxta hanc portam: cuius vestigia adhuc apparent in muro antiquo Jn nouo autem qui domini sepulchrum includit correspondet ei porta: eodem nomine nuncupata qua tenditur

Neemie ca. 3. Porta vetꝰ

Porta Judiciaria

C

Extra quām portā Jesus crucifixus

in Sylo ⁊ Bethoron ⁊ Gabaon ⁊ ad montem:
Leo. vbi diuino miraculo Leo quidam triginta milia
3000. martyrum sepeliuit: quos ipius Cosdroes persa
martyr rum rex martyrio cōsumpsit vt legimus in eccle
sepeli siastica historia. ¶ Tertia porta contra aquilonē
uit dicta est Porta Effraym nā per eā ad Montem
Cos- Effraym patebat iter hāc Neemias in eodē ca.
droes appellat equorum portā In ea copulat paries
Persa nouus cū antiquo: q ideo cōstructus est: vt domi
rū rex ni sepulchrū intra vrbē concluderetur: appellat
Porta nunc: sancti Stephani porta nā extra eā lapida
Effraym tus est ipse prothomartyr Hac patet iter versus
D Sichen Samariam ⁊ Galileam. ¶ Quarta por
ta contra orientē in angulo ciuitatis super torrē
Porta tem Cedron dicta est porta anguli: eo q in ciuita
anguli tis angulo cōstructa fuerat: de qua legimus in. 4.
.4. re regū cap. 14. q Joas interrupit mur Jerusalē a
gū cap. porta Effraym vsq; ad portā anguli quadringē
14. tis cubitis: Dicta fuit ⁊ Porta Beniamin: nam
per eā patebat iter in Anathot: ⁊ in desertū: ⁊ ad
alias vrbes tribus Beniamin: Ex deserto Benia
min p hāc portā cameli vehebant ligna pinea in
Jerusalem. ¶ Quinta porta sita contra austrum
Porta dicta est porta sterquilinij sita ⁊ ipsa super torrē
stergli tē Cedron ⁊ Neemias cap. 3. denominat eā con
nij formiter. Dicta est aūt sterquilinij quoniā versus
eā vt demissiorem decurrebant oēs sordes Jeru
salem in torrentē Cedron: p hāc similiter patebat
E iter in desertum beniamin. Nō erat aūt multū po
pulosa: loca. n. cōtra eā posita: erāt vilis ⁊ barba
re habitationis. ¶ Sexta porta fuit silr cōtra
Porta austrū sup torrentē Cedron: dicta porta gregis ēt
gregis apud Neemiam in eodem capi. Nam per eam

inducebantur

induabatur animalia in templo imolanda: que prius lauabantur in piscina probatica propinqua huic porte: Dicta fuit et porta vallis: nã per illam patebat iter in vallem Josaphat: Ab hac porta distabat sepulchrum Beate Uirginis: quantum iactus est lapidis: Eidem porte imminebat turris Phasel ab Herode rege constructa. Dicta fuit et porta fontis dicti draconis apud Neemiã: ante hanc portam scaturientis: De hoc fonte loquemur in descriptione sepulchri Beate Uirginis: per hanc patebat iter in montem olineti Bethaniam et ad Jordanem. ¶ Septima porta iterum contra austrum: similiter super torrentẽ Cedron: dicta fuit porta aurea: sita in atrio tẽpli: pp quod scias magis appellandã portã tẽpli q̃ ciuitatis per eã siquidẽ patebat iter compendiose ad montẽ olineti, vltra vallẽ Josaphat per testudinẽ quandã: Et quoniã potius fuit tẽpli q̃ ciuitatis ideo Neemias de ea: mentionẽ nõ fecit Intra hanc fuit tẽpli porta dicta speciosa i qua iacebat languens sanatus a Petro vt legimus in actibus Apostolorum cap. 3. Ex hac. 7. porta erat transitus in Bethaniam et Jerico et Jordanẽ. ¶ Octaua porta fuit similiter a parte australi superiori: sup torrentem Cedron: sita in valle inter montẽ Syõ ac montem templi: dictaq; fuit porta fontis Syloe: siue porta aquarm: Ducebat enim ad fontez Syloe: et vallem Gehennõ: et Acheldemach et ad hortum regis: Neemias aũt cap. 3. appellat eam simplicitrr: portam fontis: Nõ credo plures portas fuisse in Jerusalem: situs enim eius: plures uon reqnirebat nam per totum montis Syon circuitũ: etsi porta erat oportuna dispositio tñ loci

Turris phasel

F

Porta aurea

G

Porta speciosa

Porta fontis Syloe

impediebat Mons enim vndiqꝫ preruptus erat.

D. Montium in circuitu Jerusalem §. 46.

A ¶ Teste psalmo Montes in circuitu eius quoꝝ nomina ꝛ dispositionē ꝛ numerum intendimus exponere: A parte vrbis orientali adiacet oliuarum mōs altior ceteris: qui circundant eā In cuius sūmitate erecta est Ecclesia: eo in loco: ex quo Saluator post. 40. dies celum gloriosus ascēdit In huius ecclesie medio rotunda est apertura: vt omnibus pateat etiam in aere: qua parte dominus alta petit: Lapis ille super quē pedes eius steterunt: cum ascendere disposuit: vestigia pedū impressa veluti sigillata cera retinuit: Locatus fuit deinde pro altari sed nunc altare destructum est: ꝛ ecclesia sacra: heu deus meus deus patiens versa est in Mahumeam: Lapis ille sacer positus est in obstructione hostij orietalis sine cemēto ꝛ licet oculis non pateant diuina illa vestigia: manu tamē immissa tangi ꝛ discerni optime possunt

Mons olijueti

B In latere eiusdē ecclesie: adheret capella austrū in qua Pelagia quondā famosa meretrix: post gratam deo conuersionem diutinamqꝫ penitentiam: moriens sepulta iacet. Dicitur nullum qui detinentur peccato mortali posse transire inter parietem ꝛ eius sepulchrum eleuatum: huius veritatem nescio: plures tamen transierunt ꝛ ego vidi: In eodem monte contra austrum: A predicta ecclesia quantus est iactus lapidis alia est: dicta panis domus: vbi Saluator discipulos orare docuit: orōnēqꝫ dominicā i lapide scripsit: Cōtra austrū situatur offensionis mōs humilior qdem mōte olijueti ꝛ valle intermedia separantur

Pelagie sancte sepulchꝝ

Mons offēsionis

separantur: Appellatus est offensionis mons: eo q Salomon: vt legimus in.3.Regum capi. xj. Idolū moloch dicauerit: e regione sacri templi: Deum excelsum ad iracundiā prouocans: Inter orientem vero & austrū: situs ē ager Achel demach: & mons desuper admodum sublimis eodem nomine nuncupatus: tenetq; fere totam austri partem contrā vrbem: Huic ab occidente adiacet fullonis ager: & mons desuper eiusdem altitudinis vt prior: Agro fullōis adheret Mōs Syon a parte occidentali ciuitatis: sic tamen disponunt: q via ex porta Dauid siue negociatorum: mediat inter eos: Mons Syon ab occidente supereminent ciuitati: verū paulatim defecit: vt adeo q cōtra portā veterē siue iudiciariā sit valde depressus: Terra tamen tumurosa est vlterius procedendo cōtra Occidētē & Aquilonem vsq; ad sepulchrū deuotissime Helene regine: qd cōtra portā Beniamin sup torrētē cedron locatum est. Ultra torrentē cedron in lateri aquilonari alius est mons admodū altus quatuor stadijs distās ab vrbē: vbi Salomō chamos idolo moabitar tēplū cōstruxit vt legimus in.3.Regū cap.xj. Tēpore machabeor hoc i loco edificatū fuit castrū: cuius vestigia permanēt: Unā habitātes Jerusalē: multipliciter ifestati fuere. Dēs prescripti mōtes ppinqui fuere menijs ciuitatis: nō tñ adeo ppinqui: vt ex eis posset ciuitas aliquo instrumēto vel igenio ipugnari: Hec de vrbis situ & ambitu & portis & montibus sufficiant.

C

Ager Achel- dmach vbi sit

Mons Syon

D Sepulchrum helene

D. sacror locor in Jerusalem & extra. §. 47.

CSacra loca descripturus incipiā ab extra: vt liceat lōgius imorari i locis dominice sepulture.

A

In valle Josaphat nõ quidē in ima ꝓfunditate verum in pede Montis Oliueti: parum tamen supra ipsam vallem locatum fuit Beatissime: ⁊ Christifere virginis sepulchrū: quod quidem ante subuersionē Jerusalem per Romanos: supra terram eminens erat: nūc autē terra coopertum est: adeo ꝙ Ecclesia ibidem in honorem virginis cōstructa: cū sit sublimium parietū: nobilissimeqꝫ testudinata: sicut decens est tantam virginem honorare: nunc sit tota subterranea: ⁊ repletionibus ruinaꝝ templi ⁊ atrioꝝ: de qbus supra diximus omnino sit coopta: Uallisqꝫ Josaphat ibidē adeo repleta fuit: ꝙ extat via publica transiens super predictam Ecclesiam iam sub terra abscōditam Est tamē ibidem in terre superficie post vrbis reparationē constructa Ecclesia: vel edificiū ꝑ modum capelle: quod cū ingressus fueris descēdes per gradus plurimos sub terra in ecclesiam prescriptam: ⁊ ad sepulchrū Beatissime Uirginis ⁊ credo: ni fallor: sint gradus. 60. Est autē sepulchrum in medio chori ante altare marmoreum ⁊ magnifice decoratum: quod ⁊ sarraceni deuotissime venerant osculantes prostrati: ⁊ sacre virginis suffragia alta voce suo more iplorantes ego fui in sepulchro ipso: visumqꝫ ē mihi hortus aromatū ex fragrantia tante virginitatis: ⁊ nesciens pre spiritu ⁊ admiratione quid dicerem: decantare cepi. Sicut Cinamomum ⁊ Balsamum aromatizans odorem dedi: lachrimeqꝫ omniū astantium comitum meorum vbertim effluebant: ac bene nobis erat cum eis: Nolo autem te ignorare studiose lector: Ecclesiam que iam subterranea effecta est: valde humidam esse: eo ꝙ Torrēs cedron

Sepulchrum virginis Marie

B

Sarraceni honorant sepulchrum Uirginis

cedron: repletionibus predictis coopertus sub ipsa decurrit: et ex inundãtia aquarum excrescit: ali quando vt scaturiens intãtũ erũpit: quod ecclesiã re plet aquis: et ascẽdens per oẽs gradus per hostium capelle superioris: extra fluit: In cimiterio eiusdẽ ecclesie nõ lõge ab eius hostio: Indigene hauriunt aquã ex fonte: qui apud Neemiam: draconis fons appellat: ante portam gregis siue vallis: Beatissime virginis ecclesia intus illuminatur ex fenestris orientalibus dispositis cõtra mõtem Oliueti: Nõ lõge ab hostio capelle superioris quã ẽ via per gradus subterraneos ad Ecclesiam Beatissime Marie dimensis passibus quinquaginta cõtra orientẽ: vt ego ipse dimensus sum est alterius Ecclesie hostiũ: dicte Gethsemani: vbi erat hortus quẽ ingressus est Saluator cũ Discipulis patrem oraturus: vt si possibile esset: calix passionis trãsiret: Locus hic est in latere mõtis Oliueti adherens cuidam rupi cõcaue de mõte pendenti sub qua discipuli sederũt: cũ dixit eis dñs sedete hic donec vadã illuc et orem: Ostẽdit et adhuc locus sessionis eorum: Ostendit et locus in quo tentus fuit a turbis: Juda eũ osculo tradente. Vident liniamenta verticis et capillorum eius in rupe descendente: Apparet in alio lapide ipressio digitorum eius: quã credit fecisse rupem aprehẽdendo: cũ traheret a turbis: Et velim scias quod de lapide illo: nec modicũ quidẽ abradi potest cum tamẽ maxime laborauerim etiã ferreis instrumẽtis vt inde mecũ aliqd deportarem: Impressiones aũt predicte ita clare in eo vident: ac si in cera figurate fuissent: Ex Gethsemani quãtum est iactus lapidis contra austrũ locus est: vbi auul.

Fons draconis

Gethsemani

Vestigia Jesu lapidi ipressa

Locus oronis Jesu
sus a discipulis prolixius orabat: et factus est sudor eius: vt gutte sanguinis decurrentis in terram: Illic et similis lapis est retinens impressas genuū et manuū eius figuras: a quo nec modicum quid: abradi pōt: Inter locū hūc et Bethsemani: ante Ecclesiā Beatissime Virginis transit via: q̄ patet ad montem Oliueti ascensus: inde in Bothaym et Jordanē. Ex loco oronis dn̄i ad iactuȝ lapidis cōtra austrū in pede mōtis Oliueti i valle Josaphat in oppositū tēpli: ostendit sepulchrū

Sepulchrū regis Josaphat
Josaphath regis Juda cui suppositā vidi pulcherrimā pyramidē. ¶ In ciuitate sancta Jerusalē: tot existūt sacra loca: q̄ dies nō sufficit vt oia visitent inter que sanctissimi Sepulchri Ecclesia

F

Ecclesia sancti sepulchri
principatum retinet: Est figure circularis: intus habens columnas. 73. quarum quelibet pter bases est lōgitudinis. 30. pedum: Supra dn̄i sepulchrū existens in ecclesie medio: est apertura sphe rica: sic q̄ tota sepulchri cripta est sub diuo: Golgotana ecclesia: huic adheret: et ē oblōga: choro sancti sepulchri contigua: parū tamen demissior suntq̄ȝ ambe sub eodē tecto: Speluuca in qua do

Sepulchrum domini
mini sepulchrū cōtinet: est longitudinis. 7. pedū exterius vndiq̄ȝ tecta marmore: rupes q̄dē est nuda: sicut passionis tpe hostiū: quo in hāc speluncā patet ingressus: ab oriēte situ est: demissum valde et paruū. Tumba vero sancti Sepulchri ē ad dextrā igrediētis iuxta parietē ad septētrionē ex marmore grisei coloris: alta a supficie pauimēti: palmis. 3. longa aūt pedibus. 7. sicut et cripta siue spelunca: Ex oī parte clausa est: nec lumen recipit ab extrinseco sed continue pendent nouem accense lāpades: lumen administrantes. Est aūt

G

altera

altera spelunca sita ante speluncam sanctissimi sepulchri eiusdem longitudinis ꝛ latitudinis ac dispositionis intus ꝛ extra: ꝛ anteq̄ʒ qs ingrediatur apparet vt vna: primo ergo intrat in anteriorē deinde in aliā in qua iacuit Saluatoris nostri felicissimū corpus In anteriorē ingresse sunt mulieres: cū dixerāt: Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumēti: Lapis.n. aduolutus fuerat hostio interioris spelunce: cuius vna ps trāslata est in mōtē Syō: vt superponeret altari: quā qdē partē ꝛ ego ibidē vidi: Caluarie mōs super quē Dñs cruci affixus est: distat a loco sancti Sepulchri pedibus.109. ascenditurq; ad locū: vbi crux infixa est rupi: p.29. pedes a superficie pauimēti ecclesie: Scissio rupis vel foramē in quo crux firmata fuit: tante est latitudinis: vt caput hois recipiat Nā ꝛ ego caput meū demisi: Descēditq; pfūditas eius a loco superficiali fixionis vsq; ad pauimentum ecclesie inferius per.28. pedes: Color sanguinis Saluatoris benedicti: apparet in ipsa scissione rupis: A latere manus sinistre domini pendentis in cruce edificatum est altare decorū valde ꝛ marmoreū. Ego super ipsum bis celebraui de passione. legens passionē ſm Joannē: Pauimentū capelle: in qua cōstructū est ipsuʒ altare: stratum est marmore ꝛ parietes marmore tecti: ope Mosayco decorati ex auro purissimo: Ex Caluaria.x. pedibus ꝯtra oriētē: ē altare sub quo recōdita est: ps illius: colūne ad quā dñs flagella sustinuit: fuit aūt ex domo Pilati trāslat: ac ibi reposita: vt a fidelib⁹ posset videri tāgi venerari ꝛ deosculari: extat aūt ex lapide sub nigro: quibusdā maculis rubeis naturalibus respersso: quas

Mulieres intrantes in anteriorem speluncā

Mons Caluarie

Foramen in quo Crux fixa fuit

Pars colūne

tradit vulgus: guttas esse sanguinis Christi cruci tati dum flagellaret. Pars alij eiusdem columne translata fuit constantinopolim: Ex altari sacre columne: cōtra orientē descendit p gradus. 48. ad locum vbi deuotissima Helena Cōstantini mater: viuificā crucē repperit: locus iste lōge sub terra est in quo capella: τ duo altaria cōstructa sunt: vnum quidem dicatum salutifere Cruci: alterum putatur dicatum cruci conuersi latronis: Locus autē in quo ab inuidis τ cecis Judeis cruces abscondite fuerunt considerata antique vrbis dispositione: videt mihi fuisse ciuitatis fossa extra parietes porte iudiciarie Que qdē fossa propinqua erat Caluarie loco: Nā τ apud Joannem legimus φ prope ciuitatē passus est dominus: extimandūqz est φ Judei depositis corporibus: in cōtemptū proiecerunt cruces omnes in fossam: τ desuper ciuitatis sordes proijci curauerunt: vt marcescerent: Deuotissima vero regina Helena: locū mundari iussit: τ inuenta sacratissima Cruce: imo ac pfundo illius fosse: capellā τ altaria erexit; Est.n. nūc locus ille vt supra descripsimus inter menia cōclusus: Locus in quo stetit Beatissima Uirgo ex doloribus transfixa cū alijs mulieribus iuxta crucē: nō fuit sub crucis brachio ad aquilonē. vt quidā volunt τ predicāt: sed ante faciē filij fere ad occidentē: Ostendit enim hodie locus positi[o]nis sue ante faciem filij in cruce pendentis: sub monte τ rupe. in qua crux defixa fuerat: τ a fidelibus deuotissime veneratur: quē pluries vidi τ colui: Sciasqz studiose lector: Saluatorē nostrū in cruce pendentem: faciē vertisse ad occidentem non ad orientem vt quidā sibi persuadent

M Maria Egyptiaca

Jacobus Apostolus occidit Domus Cayphe Habitatio Uirginis vsqz in finem Cenaculū domini Sepulchra regū Juda

O

suadent et predicãt: quod quidem ex eo patet quod vorago illa grandis: de qua actũ est supra: et que fuit vrbi pro fossa a parte occidentali existebat retro crucem: in qua et proiecta fuit: stetitque abscondita sub sordibus, donec ab Helena fuit inuenta: Altaria multa extant in ecclesia sepulchri decenter composita et ornata: ante eiusdem ecclesie occidentale hostium: foris est locus: vbi egyptiaca Maria meretrix, diuinitus prohibita est ingredi sacram ecclesiam: et illud orãs ante Beatissime Virginis imaginem meruit consolationem per responsum: Dum procedimus contra turrim Dauid et mõtẽ Syõ: locus est vbi ab Herode Agrippa Jacobus Apostolus interẽptus est: Deinde procedẽtes vltra Jn montem Syon: inuenimus Cayphe domũ: in qua mitissimus Saluator illusus et derisus fuerat et locũ in quo: vsque mane recluserunt eum: qui et carcer domini appellatur: Jnde quantũ iactus est lapidis cõtra austrũ: est locus vbi Beatissima Virgo: vsque in finem sue vite permansit: et illic migrauit: Huic loco propinquum est cenaculũ grande: in quo Dominus pasca cũ discipulis celebrauit, pedes abluit et Eucharistiã sanctissimã instituit: Post resurrectionẽ discipulis illic congregatis pluries apparuit: Mathias sorte electus est: Spiritus sanctus datus ẽ. Multaque diuina et admirãda illic perfecta fuere: huic loco fere ad aquilonẽ adherent sepulchra regum Juda vt Dauid. Salomonis et aliorum: partim in ecclesia mõtis Syõ cõstituta: partim extra. Hec de locis sancte Jerusalẽ dixerim: et velim scias chare lector vrbem sanctam in loco adeo eminẽti conditam fuisse: vt ex ea videatur Arabia: et

K Vbi Helena crucem inuenit

L B. Virgo stabat ante crucẽ Xp̃s in cruce vertebat facies ad occidẽtem

Mons Arabum ꝛ Nebo ꝛ Phasga montes: ꝛ Jordanis planicies ꝛ Jericho: ꝛ mortuum mare vsq; ad petram deserti: nec ciuitatem aut locum vidi: qui pulchriorem habeat prospectũ: Ad ipsam ex omni parte ascenditur eo q sita est in loco eminentiori: qui sit in regione illa: preterquam Sylo distans ab Jerusalem duabus leucis vt statim describemus.

Descriptio Sylo §.48.

¶ Ab Jerusalẽ duabus leucis cõtra angulũ cõstitutũ inter occidẽtẽ ꝛ Septentrionẽ ẽ Mõs Sylo: nũc qdem dictus Sãctus Samuel sublimior est oibus quo ad sitũ: q sint in regione sacre Jerusalẽ: Distat a Gabaa Saulis iteruallo vnius leuce ꝛ plus: tantundẽ distat a Rama Benamin In Sylo populus: Jsrael. acqsita terra pmissionis: reposuit archã dñi: pptereа fuit Sylo vt domus dei donec archa fuit illic: Unde legimus in libro
Judicũ cap.20. Judicum cap. 20. q filij Jsrael venerunt in domum dei hoc est in Sylo.

Descriptio Gabaon §.49.

¶ A mõte Sylo: p leucã vnã distat Gabaõ vrbs i tribu Beniamin: in eodẽ tñ monte sita: Nã in sylo mõte fuit vrbs denoiata Sylo: ab ipo mõte: in qua fuabat archa dñi: ab hac vrbe distat p leucã Gabaõ sita i eodẽ mõte: habitãtes Gabaõ vt le-
Josue cap.9. gimus in lib. Josue ca.9. audiẽtes cũcta q̃ fecerat Josue: perrexerunt ad eũ dũ habitaret in castris in Galgala pacẽ cũ Jsrael habere cupientes.

Descriptio Emaus §.50.

¶ Ab Jerusalem. 4. leucis contra occidentẽ: distat castellum Emaus vbi dominus postquam a mortuis surrexit: a discipulis cognitus est in fra

ctione

ctione panis: vt legimus Marci. cap. 16. Hodie quidem Nicopolis denominatur.

Marci cap. 16. Emaus Nicopolis

Descriptio Bethoron. §. 51.

Ab Jerusalē duabus leucis cōtra occidentē sub Mōte sylo ē Bethorō iferior: de q̄ fit mētio i lib. Josue et primo machabeorum. Scire te velim studiose lector: duas fuisse Bethorō superiorē: et iferiorē: q̄s primo edificauit Sara filia Ephraym: Sic enim legimus i lib. j. Paralipomenon ca. 7. Filia eius fuit Sara q̄ edificauit Bethorō superiorē et iferiorē. Deinde rex Salomon extruxit. i. muniuit et fortiores reddidit: sic. n. legimus i. 2. lib. Paralip. cap. 8. Extruxit Salomō Bethoron supiorē et iferiorē: ciuitates munitas: habētes portas et vectes et seras. Sunt autē in tribu Beniamin.

Bethoron duplex Primo parali. cap. 7. Scōo parali. cap. 8.

Descriptio Cariathiarim. §. 52.

Ab Jerusalē quatuor leucis et dimidia cōtra occidētē: via qua tēdit Diospolim siue Loydā ē Cariathiarim: vna ex vrbibus Gabaonitarum: in q̄ per. 30. annos quieuit archa dn̄i postq̄ reducta fuit de tarra Philistijm: Vn̄ sic scribit in. j. Regū cap. 7. Venerūt viri Cariathiarim: et reduxerunt archam dn̄i intulerūt eā in domum Aminadab.

Primo Reguz cap. 7.

Descriptio Lachis: nūc aūt Velenas. §. 53.

Ex Cariathiarim duabus leucis cōtra occidētē fere: distat Lachis vna de vrbibus Gabaonitarū: quā expugnauit Josue: vt patet in eiusdē lib. cap. x. Senacherib aūt eam obsedit tpe Ezechie: ex. 4. Regum. Nunc quidem Velenas dicitur: et quoniam filij Dan acceperunt eam: vocata est ab eis Dan et hec est: de qua sepe legimus in libris Regum: Congregatus est omnis populus Jsrael a Dan vsq̄ Bersabe.

Josue cap. x.

Descriptio Bethsames Jude.§.54.

¶ Ex Cariathiarim duabus leucis cõtra austrũ fere: est opidũ Bethsames qd ad differẽtiã alterius Bethsames in tribu Neptalim: dictum est Bethsames Jude: Attamen in rei veritate: fuerat de tribu Dan: que circa finem sortis Jude est iuxta mare: Ab hac tamen Bethsames: Judas in Sarraa: et Astraol: vsq ad terminũ Jope fere sortem accepit In agrũ Bethsames Jude: due vacce iuuencule et inassuete iugo deduxerunt archam dñi ex Acharon philistym: vt legimus in primo Regũ cap.6. Et qm̃ Bethsamite viderũt archam dñi nudã dum meterent triticũ in valle: mortui sunt ex eis multa millia.

Primo Reguȝ capi.6.

Descriptio Ramatha Sophin.§.55.

¶ Ab Jerusalem decem leucis cõtra occidẽtem est Ramatha Sophin: que partim de tribu Beniamin: partim de tribu Effraym fuit: sita tamen i Mõte Effraym: Samuel ppheta fuit i ea oriũ dus: ibiq sepultus. Sic.n. scribit i primo Regũ cap.25. Mortuus est Samuel: et cõgregatus est ois Jsrael: et plãxerũt eũ nimis: et sepelierũt eũ i domo sua i Ramatha Sophin: Dicta fuit Arimathia: ex qua fuit sanctus ille Joseph nobilis decurio q corpus nr̃i Saluatoris aromatibus cõdidit: et pientissime sepeliuit. Nũc vero ramula nũcupat: Ex Ramatha Sophin siue ramula cõtra occidentẽ: tribus leucis est Jope ciuitas: ad quã descendit Jonas ppheta cũ fugeret a facie dñi: Sic.n. legit i Jona cap.j. Et surrexit Jonas vt fugeret in Tarsis a facie dñi et descendit Jopen: Hec est vulgatissima ciuitas i libris machabeoꝝ et apostoloꝝ actibus: Jn ea ostẽdit Petri a postoli

Samuel vbi nascit̃ Primo Reguȝ cap.25.

Ramula

Jope

Jone cap.j.

tri apostoli hospitiũ: Cõstructa Ecclesia sub rupibus iuxta mare. Sũt & scopuli illi ad quos vani poete fabulantur Andromadam Cephey filiã alligatam fuisse: & a Perseo liberatam. Andromada cephey filia

Descriptio Bethleem. f. 56.

¶ Ab Jerusalẽ duabus leucis contra austrũ: sita est Bethleem benedicta: vnde Dauid rex traxit originẽ: ex primo Regũ cap. 16. In ea natus ẽ mundi Saluator Mathei capi. 2. In ea sepulta fuit Rachel: cũ Jacob reuerteret ex mesopotamia: Genesis cap. 35. Sup cui⁹ sepulchrũ: Jacob cõstruxit piramidẽ pulchrã nimis ĩ typũ monumẽti Rachelis: In cui⁹ basi: duodecim disposuit lapides grãdes iuxta numerũ filiorũ Jacob: Sciaz tñ sepulchrũ illud: nõ ĩ ciuitate Bethleem sed foris iuxta viã q̃ ducit Ebron ad dextrã ad iactũ vni⁹ arcus extra Bethleem apud sepulchrũ Rachelis: colligunt lapilli qdã: oĩno habẽtes figurã cicerum: quos peregrini colligere cõsueuerũt: pp quoddã dñi miraculũ: qđ qa auctoritate caret: pertranseo. Nihil. n. ĩcerti vt pposui est a me scribendũ. Contra oriẽtẽ ciuitatis est turris ader: vbi credit Jacob post chare Rachelis mortem: aliquo tpe pmansisse. Turris hec ĩ sacra Genesi dr turris gregis. Sic. n. legim⁹ cap. 36. Egressus ĩde Jacob fixit tabernaculũ trãs turrim gregis: Jbidẽ pastores hora ort⁹ felicissimi Saluatoris audierũt vocẽ angeli: Euãgelizo vobis gaudiũ magnũ &c. Et gloria in excelsis deo &c. Qđ qdẽ nõ nisi diuina sapia & dispositiõe actũ ẽ: vt ĩ illo loco nat⁹ dei fili⁹ anũciaret pastorib⁹: ĩ q̃ sanctus ille pastor Jacob cõmoratus fuerat: a quo descẽderat stella ex Jacob q̃ suũ & nostrũ peperit Re-

A Primo Reguz cap. 16. Math. capi. 2. Gene. cap. 35. Sepulchrũ Rachelis

B Lapilli vt cicceres

Turris ader Gene. cap. 35.

C Ubi pastores audierũt voces angelorũ

paratorē. Bethleem sita ē in mōte nō tñ excelso: Mons quidē arctus est: extēdens se in longitudine ab oriētē i occidētē. Ab occidēte patet ingressus.

Cisterna Dauid

Iuxta portam adhuc pmanet cisterna illa: cuius aquā affectauit Dauid: cū esset in psidio: vt legimus in. 2. Regū cap. 23. In fine orientali eiusdē vrbis: sub rupe quadā existēte tūc tēporis iuxta parietē vrbis: & videt. fm illaꝝ regionū morem: fuisse locus pro stabulo: habens presepe excisum in rupe vt moris est illic disponere plepia: ortus est huic mūdo de Uirgine sol iusticie Iesus Christus declarans sua natiuitate sordes & tenebras huius seculi se ablaturū: eo ꝙ in tā despecti loci sordib⁹ nasci nō abhorruit: Iuxta rupē pdictā:

Presepe quo reclinatus est dñs

alia est capacior quatuor tm̄ pedib⁹ distans: sub qua excauatū psepe fuerat: in quo dulcissimuz illū Puerꝝ mox vt natū: pāniculis iuolutū iter asinū & bouē: mr̄ virgo reclinauit: alia nāqꝫ via sibi nō occurrebat: quo tenellū ifantē: fouere posset: Uidet. tñ mihi vtrāqꝫ rupē vnā fuisse: sed hostio facto: diuisa ē: p qđ in chorū ex capella i qua est natiuitatis locus: ascēdit. Nā ad locū illū benedictū nō peruenit: nisi descēsu. x. graduū: Est aūt natiuitatis locus ornatissimus: ex mosaico & marmore stratus pcioso nimis: Sup locū: i quo celestis virgo peperit: celebrari pōt sup mensam marmoreā ibi optime dispositā: Pars lapidis super quē Saluator natus est: & psepis pars in quo reclinatus fuit: nō sunt vestite marmore: sed nude relicte: vt a fidelibus deuotius venerari & osculari possint:

Nota đ notionem auctoris

Ego duabus noctibus illic permāsi custodiens vigilias noctis: nunc hunc locū nūc illum osculando: vilescebatqꝫ mihi mundus iste cum omni

cum omni superbia sua: contemplans mansuetissimum et humillimū dei filium: quomodo vbi et ex qua nasci elegit Vbe huius seculi amatoribus Non vidi nec audiui dicentem se visitasse ecclesiam pulchriorem deuotioremq;: Quis non teneritudine emolitur: cogitans secum purissime Virginis: dulcissimi Pueri et altissimi erga nos indicibilem charitatem: In ecclesia sunt marmoree columne preciosissime: admirabiles multitudine et magnitudine: per quatuor ordines disposite: Ecclesie nauis: a capitibus columnarum vsq; ad summum tectum: ornata est opere Mosaico pulcherrimo: continente historias omnes a principio mundi vsq; ad dominicū ortum ex vergine: Totum pauimentum stratum est marmore varij coloris: et decorum est mira varietate: cuius preciū multorum iudicio extimari non potest: Incredibilia pene: possent de hac sacra ecclesia describi: quam Sarraceni oēs: maxima deuotione venerantur: Vidi ego in ecclesia illa miraculum cunctis seculis memorādum: Soldanus vidit huius ecclesie ornatum: tabulasq; et columnas preciosissimas precepit omnia deduci in Babiloniam: statuens ex eis palacium suum cōstruere: et ornare: Mirum quidem accidit: Nam astante Soldano cū curia sua: accesserūt artifices cū instrumētis. et ex integro pariete qué nec acus vr̄ potuisse penetrare: mire magnitudinis serpens exiuit: et primā tabulam marmoreā sibi occurrentem momordit et continuo crepuit. 2. momordit: et crepuit: et sic successiue vsq; ad quadragesimā: Omnes crepuerunt ptrāsuersū: cūctis stupētib' et timore solutis: Soldanoq; ppositū reuocāte: serpens disparuit

G Preciositas ecclesie in Bethlem

H Miraculū stupendū

Relicta igitur fuit ecclesia: ⁊ ē hodie sicut prius: Serpentis vestigia apparēt vsq̧ hodie in singulis quadraginta tabulis: ⁊ est quasi cōbustio ex igne facta: Sup oia aūt mirabile fuit: serpētē potuisse per transuersum ꝓcedere vel serpere q̄ planus ⁊ pollitus vt vitrū apparet In exitu huius ecclesie cōtra aquilonē est ambitus claustri monachoꝝ: descendit tū in illud. q̄busdā gradibus. In hoc claustro: est beati Jeronymi cella: ⁊ lectus ⁊ sepulchꝝ. ⁊ monasterij officine in quo legit idē sanctus ꝓfuisse: In parte australi ipsius chori ōndit locus. vbi magna innocentiū pars: ab Herode dicit iuterfecta. Ab ecclesia nati Saluatoris: quantū est lapidis iactus fere cōtra orientē est ecclesia sanctaꝝ Paule ⁊ Eustochij eiusdē filie: vbi sunt ⁊ earundem monumēta: Hec de benedicta ⁊ venerabili Bethleem dicta fuerint.

Sepulchra Paule ⁊ Eustochij

Descriptio Bezeth §. 57:

¶ Ex Bethleem ad dimidiā leucam contra occidentē: ē villa noie Bezeth vbi Saul creatus rex cōgregauit Jsrael cōtra Naas amonitē Sic. n. legimus in. 1. regū cap. xi. Jnuasit timor dñi populū: ⁊ egressi sunt quasi vir vnus ⁊ recensuit eos saul i Bezeth: Uilla hec habūdat optimo vino nec in regione illa melius iuenitur: Jncole oēs sunt Christiani ⁊ etiā villaꝝ adiacentiū in descēsu vallis Raphaym vsq̧ ad torrētē botri: in omnibusq̧ locis illis: vinū excellit in bonitate Christiani vineas colūt: habētq̧ priuilegiū a Soldano illic permanendi cui ⁊ magnū censum reddunt.

1. regū ca. xi.

Descriptio collis Achille §. 58.

Ex Bethleem sex leucis cōtra orietē supra mare mortnū est mons Engadi de quo actuꝫ est supra:

Ex Engadi

Ex Engadi tribus leucis cōtra austrum est collis achille in quo latuit Dauid: persequēte eū Saul Sic.n.legimus in p.mo regū ca.26. Et venerūt Ziphei ad Saul.in Gabaa dicētes Ecce Dauid abscōditus est in colle Achille:que est ex aduerso solitudinis: Collis Achille ab Herode: appellat⁹ ē Massada:i quo i expugnabile castrū ꝯstruxerat. .1.regū ca.26. Collis Achille

Descriptio Thecue. 59.

¶ Ex Bethleē duabus leucis cōtra collē Achille ē Thecua i mōte sita.i q̄ natus ē ⁊ sepult⁹ Amos ꝓpheta:de quo sic legim⁹ i argumēto sup amos. Fuit cognatio amos ex opido thecue:quē Ozias vecte p tpa trāsfixit.post hec semiuiuus relictus in terrā suā euectus est: ⁊ post aliquos dies expi rauit dolore vulneris: sepultusq; est cū patribus suis: Opido thecue adiacet desertum thecue. Amos vbi natus ⁊ sepultus

Descriptio vallis benedictionis f.60.

¶ Inter Thecuā ⁊ Engadi loco medio ē vallis benedictionis in q̄ Josaphat rex Juda pugnauit ꝯtra filios Moab ⁊ amō ⁊ bitātes mōtē Seyr ⁊ auxilio dn̄i ꝓstrati sunt:ideoq; vocarūt locū illū vallē bn̄dictionis: Unde sic scribit in li.2. Parall po cap.19. Die.4.cōgregati sunt in ualle benedictionis: ⁊ qm̄ ibi benedixerunt deum: vocauerūt nomen loci illius. Uallis benedictionis. .2.Paralipo cap.19.

Descriptio Ziph ⁊ Maon f.61.

¶ A Thecua.5.leucis inter orientē ⁊ austruz est ziph opidū iuxta desertuz qđ ⁊ ziph appellat in quo legimus.1.regū ca.23. Dauid latuisse Sic.n. ibi scribit Morabat aūt Dauid i deserto in locis firmissimis: mansitq; in monte solitudinis ziph in monte opaco Deserto ziph adiacet desertum Maō ad austrū:i quo ē mōs Carmelus: vbi Na .1.regū cap.23.

bal Carmelus habitabat: qui repulit nuncios
1.regū Dauid vt legimus.1.regū ca.24. cuius vxor fuit
ca.24. Abigail: quā i suā accepit Dauid mortuo nabal:
Deserto maon inter austrū z oriētē adiacet mons
ille Seyr quē vt supra descripsimus: iussi sunt fi-
Deute- lij Israel longo tpe circuire ut patet in li. deutero
ro c.2. nomij cap.2. Eidem Maon cōtra austrum adia-
cet terra Amalech: quā iussit dominus Sauli: vt
euerteret eam interfectis eius habitatoribus: Un
1.regū de sic legimus in.1.reg. cap.15. Nūc ergo vade z
cap.15. percute Amalech. z demolire vniuersa eius nō
parcas ei: z nō cōcupiscas z rebus eius aliquid.

Descriptio Cades berne §.62.

¶ Ante terrā Amalech: cōtra maris Mortui lin-
Nume guā est Cades berne: ex quo vt legimus in lib. nu
ri ca.13. meri ca.13. Misit Moyses exploratores.12. ad
considerandā promissionis terrā. Ibi longo tpe
cōmorati sunt filij Israel egressi de Egypto: z in-
de iussi sunt montem Seyr circuire ac reuerti p
itinera maris rubri.

Descriptio Bethacharon §.63.

¶ Ex Bethleē tribus leucis cōtra austrū: via q̄
ducit Ebrō: est Bethacharō loco eminēti sita: cui
adiacet ad austrū: villa rama excelsa valde in cu
ius colle sublimi stās: vidi cū multis alijs totam
Arabiā vsq; ad montē Seyr locaq; oia circa ma-
re mortuū: z loca latibulorum Dauid: Iordanē isu-
per vsq; Sethin z vsq; ab mōtē Abarym Contra
occidētē vero vidi in loco Ebron: littus totū ma-
gni maris.i. mediterrane: a Iope vsq; Gaza z: z
Bersabee vsq; ad desertū Sur: totā insup terrā
philistym a Ramatha Sophin p Geth z Acha-
rō z Ascalonē: cum oi planicie sub monte Iuda.

Descriptoi

Descriptio Mambre. §. 64.

¶ Ex Rama p̃xime dicta: duabus leucis. et amplius: ad dexterā: iuxta viam regiam: que ducit Ebron: sita est Mambre: vbi ex lib. Genesis cap. 18. longo tempore habitauit Abraam: post egressum de hur caldeoꝝ. Illic sedens ad ilicem Mābre in hostio tabernaculi in ipso feruore diei: vidit tres viros et vnū adorauit: quos et hospicio recepit. Ilex Mambre: etiā hodie ōndit̃ ante hostiū tabernaculi Abrae Scias tamē: antiquā illā exsiccatā fuisse: sed ex eius radice pululauit alia: de cuius ligno et fructu mecū tuli. Folia sua: modico maiora q̃ȝ lentiscus: sed fructum penitus habet vt quercus. Genesis cap. 18. Ilex Mambre

Descriptio antique Ebron et noue: et speluncee duplicis. §. 65.

¶ Ab Ilice Mambre per dimidiā leucā ad dexterā iuxta viā: est Ebron illa antiqua vrbs quondā hebrayce dicta Cariatharbee. i. vrbs arbee d̃ qua sic legimus in lib. Geñ. capi. 23. Vixit Sara centū viginti septem annis et mortua est in ciuitate arbee: que est in terra Chaneam: In hac regnauit Dauid super Judā. 7. annis: sic. n. scribit̃ in. 2. Regū cap. 2. Et fuit numerᵒ dieꝝ: quos cō moratus ē Dauid ipsarās i Ebron sup domū Juda. 7. annoꝝ et sex mensiū: Est in mōte sita: sublimi et tuto: sȝ nūc penitus ruit Cuius ruine adeo magne cōspiciunt̃ q̃ ex eis arguit̃ q̃ȝ gloriosa fuerit: Ab Ebron antiqua adiactū triū arcuum: ad austrum pusillum tamen ad orientem declinando: noua residet Ebron: illic constructa: vbi duplex spelunca extitit empta ab Abraā: p sepultura chare vxoris Sare: vt legimus Geñ. capi. 23. Genẽ. cap. 23. Dauid regnat i Ebrō: Sedo Reguꝫ capi. 2. duplex spelunca Genẽ. cap. 23.

In ea sepultus est pater Abraam et Isaac et Jacob: et ossa Joseph delata ex Egypto et Sara et Rebecca et lya: Rachel autem in Bethleem vt diximus supra: Sarraceni contra speluncã duplicem: que in Ecclesia chatedrali continebatur: edificarunt munitionem.

Descriptio agri Damasceni. §.66.

Qualitas terre agri Damasceni

A spelunca duplici: iactu vnius arcus contra occidentem: est celebris ager Damascenus: in quo fertur Adam formatum fuisse: Terrã habet rubeam flexibilem et tractabilez sicut cera: de qua mecum tuli: similiter et peregrini: aliiqz fideles loca sancta venerantes: Sarraceni terram illam deferunt in Egyptum Ethiopiam et Indiam: pro re preciosa valde vendentes: Modica tamen apparet effossio in loco illo fertur enim quolibet anno reuoluto: miraculose repleri: fateor autem me immemorem effectum in querẽdo huius veritatem: Id tamẽ assero: quod modica quidem extabat effossio: cum illic adessem: adeo qz quatuor viri vix in ea sedissent: in profunditate nõ excedebat humeros meos: Uulgatur aliud: Si quis terrã illã supra se detulerit: animal pernitiosum non ledet eum: nec cadet: nec imerget aqua aut si cadit non offendit casu illo: hec non assero: sed vulgata refero: Uallis cõtra Ebron: fertilis est valde et delitiosa: ac delectabilis habitationis: Ab effossiõe agri Damasceni ad iactum arcus vnius contra austrum locus est vbi Chayn: fratrem Abel occidit vt legimus Genesis cap. 4. Ab eadem effossione: iactu duorum arcuum contra occidentem: est spelunca quedam sub rupe: in qua famosum est: Adam et Euã: filiũ

Miranda de terra agri damascẽi

Locus occisionis Abel

Speluca lucet[9] adã et eue

Abel

Abel interfectū luxisse centū annis: Ostēdunt illic eoꝝ lecti saxei: Est in spelunca fons scaturiēs de quo biberūt: Hec vt vulgata sed nō a me asserta describo: Hēt i lōgitudine ꝛ latitudine fere .30. pedes: sub speluca ipsa in valle descēdit via: q̄ ex Ebron tendit in Gazam cōtra austrū. Distat aūt hec via ex Ebron: quantum iacere potest arcus.

D. Dabir: que ꝛ Cariath sepher. §.67.

¶ Ex Ebron duabus leucis ꝯtra austrū ē Dabir: que ꝛ Cariath sepher nūcupata ē: quā expugnauit Othoniel: fr̄ Junior Caleph: cui Caleph copulauit in vxorē: filiā suā Axam: Vñ sic legimus i lib. Josue ca. 15. Celeph cōscēdēs venit ad habitatores Dabir q̄ pri⁹ vocabat Cariath sepher. i. ciuitas lraꝝ ꝛ dixit: Qui percusserit Cariath sepher: dabo ei vxorē Axam filiam meam. Josue cap. 15.

Descriptio Neeleschol. §.68.

¶ Ex Ebron tribus leucis cōtra aquilonē: parū tñ declinādo ad occidētē est Neeleschol. i. torrēs botri: ꝛ est locus: vñ exploratores missi a Moyse: detulerūt palmitē cū vuis: vnde sic legimus i lib. numeri cap. 13. pergētes vsq ad torrētē botri abſciderūt palmitē cū vua sua: quā portauerūt i vecte duo viri: De malis quoq granatis ꝛ ficis loci illius tulerūt: q appellatus est Neeleschol. i. torrens botri: eo ꝙ botrum portassent inde filij Jsrael: Ad leuam huius torrētis per dimidiam leucam: descendit riuulus in quo Philippus Candacis regine eunuchum baptizauit: vt legimus actuum capitulo. 8. Propinquus est autem riuulus ille: Sicelech: Ab Neeleschol sex leucis contra Jerusalem: est Zacharie domus in quam igressa beatissima Uirgo salutauit Helysabeth Numeri ca. 13 Zacharie do: Zus

Luce.2 vt legimus luce cap.2.

Descriptio vrbis Nobe. §.69.

¶ Ex Zacharie domo tribus leucis contra aquilonem ꝛ tantundem contra Uulturnum de Nicopoli: est Nobe sacerdotum ciuitas: que nunc Bonocopolis nuncupatur: In ea habitabat Abimelech sacerdos magnus cum alijs sacerdotibus: Ad eam festinauit Dauid fugiens Saulem: vbi propositiōis panes comedit: ꝛ accepit gladium Goliath getbei. Hec omnia legimus in primo Regum cap.21.

Primo Reguꝫ cap.21.

Descriptio Chariathot abbatis. §.70.

¶ Ex Bethleem vna leuca ꝛ Amplius: in via que ducit Thecuam est sepulchrum sancti Chariathot abbatis cum suis monachis: quo migrāte omnes migrauerunt: ꝛ fuit illic magnus populorum concursus ꝛc.

Res miranda

¶ Descriptio Terre Sancte contra austrum directe. Cap.8.

Septima descriptio sumenꝫ initiū ab Achō: tendit directe contra austrum.

D. vrbis Cayphas ꝛ castri peregrinoꝝ. §.1.

¶ Ab Achon quatuor leucis: tēdēti cōtra austrū occurrit primo: vrbs dicta Cayphas: sub pede mōtis carmeli sita. Ex Caypha aūt tribuꝫ leucis: est peregrinoꝝ castrū: fratrū militie tēpli: munitū pre oībus locis: que illis in partibus Christiani obtinuerint: sitū est in corde maris circūdatū muris ꝛ turribus: alijsq; ꝓpugnaculis adeo firmis vt toti mūdo videatur posse resistere.

Descriptio spelunce Helye ꝛ fontis filiorum prophetarum. §.2.

¶ Ex Caypha ad leucam vna: via que ducit ad

castrum

castrū peregrinorum:per ascensum montis carmeli fere dimidia leuca:est spelūca Helye:in qua latuit fugiens a facie Jezabel i cuius hostio visio nē grandē vidit spūs ꝛ ignis vt legimus i.3. regū cap.19. Illic est fons vbi prophetarꝫ filij habitabant:nunc autē inhabitant fratres ordinis Carmelitarum: fuiqꝫ cum eis ibidem. .3.regū cap.19. Fratres Carmelite

Descriptio Cesaree §.3.

¶ A peregrinorum castro quatuor leucis distat Cesarea metropolis palestine quondā Archiepiscopalis sedes hec prius appellata fuit Turris stationis verꝫ qa Herodes magnus eā instaurauit: Cesareā in laudē Cesaris denoiauit: De cuiꝰ structura ꝛ munitione Josephus multa scripsit Turris statio nis Josephus Cingit ab occidēte mari magno:ab oriēte q̄dam palude aquaꝫ dulciū:sed ꝓfundaꝫ in qua crocodili habundant Et ego transiens discrimen magnū inciderā:nisi dn̄s de celo opeꝫ mihi dedisset Crocodrilli Situ q̄dē firmissimū habet:sed hodie penitus est destructa: Cesaree Petrus ꝑdicauit ꝛ baptizauit Cornelium actuū cap.x. Agabus propheta existēs Cesaree ꝓphetauit Paulū alligādū i Jerusalē ꝛ tradēdū gētibꝰ: actuū ca.21. Paulus cesaree ꝯtra Tartullū oratorē disputauit corā preside felice. actuū ca.24. Actuū cap.x. Actuū cap.21. Actuū ca.24.

¶ Descriptio Antipatride §.4.

¶ A Cesarea duabus leucis cōtra Austrū:ē munitio Assur:que ab antipatre Herodis magni ꝓgenitore: antipatrida nuncupata est:de qua legimus in actibus Apostolorum:cap.23.ꝙ milites assumētes Paulū duxerūt p noctē i antipatridā. Actuū cap.23.

Descriptio Manatoth:nunc dictū.chato §:5.

¶ Ex antipatrida quatuor leucis cōtra orientem est Menatoth: nunc autem chato nuncupatur.

Saron Sarona

Goliath Philisteus .1.regũ ca.17.

Mons modin .1.Machabeorũ c.2. .1.Machabe. cap.13. Pyramides Machabeorum

fuit de tribu manasse i planicie sub mõte Effraỹ situm: non longe a monte Saron: In hoc Sarraceni presidium militum disposuerunt contra castrum peregrinorum: Per chato est via in Sichẽ & Jerusalem: A chato quatuor leucis contra austrum: est mons Saron & opidum Sarona cuius mentio fit in actibus apostolorum.

Descriptio Geth §.6.

¶ Ab assur siue dora: octo leuce sunt vsq; Jopẽ: de qua actũ est supra A Jope quatuor leucis distat Geth: vna ex vrbibus philistijm: Ex ea vt legimus.1.regũ ca.17.egressus est Goliath: quẽ David lapide necauit in valle Terebinti: Fuit nõ longe a mari sita: nunc quidẽ destructa est: & cõmutata in Exiguum Casale dictũ Ibdin in colle situz: Hinc proprie incipit regio philistym.

Descriptio qua describuntur mons Modin & sepulchra Machabeorum §.7.

¶ Ex Geth duabus leucis ɔtra Austrũ: est Bethsames de qua actũ est supra A Bethsames sex leucis cõtra orientẽ in mõte Juda videtur mons modin in quo fuit Machabeoꝝ ciuitas: ibi habitauit ex.1.Machabeoꝝ cap.2. Mathatias ꝓgenitor fortissimi Jude & fratrum eius Illic sepulti quiescunt Mathatias & quatuor filij eius qbus Simon nobilissima monumenta dicauit Sic.n. legimus in.1.Machabeorum cap.13. Edificauit Simon super sepulchrum patris sui & fratrum edificium altum visu. Lapide polito retro & ante statuitq; septem Pyramides vnam cõtra vnaz patri & matri & quatuor fratribus & hys circum posuit columnas magnas: & super columnas arma in memoriam eternam: & iuxta arma naues

sculptas

sculptas que viderenrur ad hominibus naui-
gantibus mare.

Descriptio Acharon.§.8.

¶Ex Bethsames quatuor leucis fere contra oc-
cidentem:non longe a mari est Acharon qnondã
secũda vrbs philistym ad quam deducta fuit ar-
cha domini a philisteis:sic enim legimus in .i.re- .I.regũ
gum cap:quinto Miserunt ergo archam domi- cap.5.
ni in Acharou:Destructa est ꝛ versa in exiguum
Casale:quod ꝛ Acharon nuncupatur.

Descriptio Azoti §.9.

¶Ab Acharon quatuor leucis contra austrũ est
Azotus tercia vrbs philistijm ad quam deducta
fuit archa Domini Sic enim scribitur in primo
regum cap.5. philistijm autẽ tulerũt archam do- .I.rego
mini:ꝛ asportauerunt eam a lapide adiutorij in capi.5.
Azotum:Fuit per leucam distans a mari:nũc est
vile Casale sicut Acharon.

Descriptio maceda §.10.

¶A Jope duabus leucis est lyda siue diospo-
lis:de qua actum est supra ex lyda tribus leucis
via que ducit Gabaon:est Maceda vrbs quã ex-
pugnauit Josue in cuius spelunca quinqꝫ reges
se absconderant.Nam sic legimus in libro Jo-
sue cap.x.Nunciatum est Josue ꝙ inuenti essent Josue
quinqꝫ reges qui se absconderant in spelunca vr- cap.x.
bis Maceda Qui precepit sociis voluite saxa in-
gentia ad os spelunce.

Descriptionis Ascalonis §.11.

¶Ab Azoto.4.leucis cõtra austrũ:est Ascalõ.4.
Philistym ciuitas ꝛ ꝑcipua in qua videtur fuisse
principatus philistijm ex eo ꝙ legimus in Amos Amos
ꝓpheta ca.I.vbi ꝓphetãs ꝯtra philisteoꝝ vrbes cap.I.

ingt disperdã habitatorẽ de Azoto: ꝛ tenẽtẽ sceptrũ de Ascalone ꝛ p̄ibũt reliq̄ Philistinoꝝ: Usq; hodie ꝑmanet in littore maris sitã: figurã habẽs semicircularẽ: munita valde: ex qua pendet nũc totum robur Sarracenorum.

¶ Descriptio Baze §.12.

¶ Ab Ascalone quinq; leucis contra austrum: est Gaza vrbs in maris littore sita iuxta viã que ducit in Egyptnm Nunc cõiter Gazara nuncupat.

Gaza Gazara

Descriptio Bersabee nũnc Biblin §.13.

